Odoricus. BEATI ODORICI, Monachi Minoritae, Portinono-Forojulienſis, itinerarium, rectius ſup ubi ſcriptores de Aſia in genere excitavimus (Vo P. II. p. 11.) commemorandum, hoc loco brev deſcribamus. Circa a. 1314 iter per omnes pa Aſiae partes ingreſſus, rediit in Europam a. 13 diemque ſupremum Udini obiit a. 1331. Super rum iuſſu iter feliciter abſolutum deſcribend erat: Odoricus autem brevem ſolum illius del tionem exhibuit, quam confrater eius, GUILI MUS DE SOLAGNA, uberius elaboravit, ſermo Latino uſus. Typis demum a. 1588 itinerar expreſſum fuit, et quidem Italice, in collectio Ramuſiana (*Viaggi* etc. T. II. p. 245 ſqq.); po Latine in collectione Hakluytiana (*Principal gations, voyages* etc. Vol. II. P. I.). Denique SEPHUS VENNI, Minorita, autographum num, e codice a. 1401 ſcripto, in lucem edidit. BOLLANDUS in Actis SS. (Ianuar. Vol. I. diem XIV.) ea ſolum, quae Odorici ardorem, ligionem Chriſtianam propagandi, probant, tra Itinerarium ipſum multa quidem continet, q credulitatem craſſam ſapiunt: multa tamen inſu veritati conſentanea. Plura etiam loca a libra corrupta mirabiliaque ab iis exaggerata ſunt.

Cf. 10

C. JOH. JOS. LIRUTI *Notizie de Letterati del Friuli* T. I. p. 274 sqq.
JOS. VENNI *Elogio istorico del Beato Odorico.* Venez. 1761. 4.
C. J. JAGEMANN (cf. potius TIRABOSCHI) *Geschichte der Wiss. in Italien.* Vol. III. P. II. p. 66 sqq.

Huc quoque pertinent itineraria varia, supra Vol. I. P. II. a nobis laudata, v. c. BRUYNII, LUCAE, EGMONDI, POCOCKII, alibique in posterum laudanda.

LAURENTII D'ARVIEUX *Mémoires, contenant ses voyages à Constantinople, dans l'Asie, la Syrie, la Palestine, l'Egypte et la Barbarie, recueillis de ses originaux* par (J. B.) LABAT. à Paris 1735. VI Voll. 12mai. Theotisce et quidem male, *Kopenhagen und Leipz.* 1753—1756. VI Voll. in 8. Et in collectione itinerariorum Berolinensi T. III et IV. — *Jacques d'Arvieux* Legatus fuerat regis Galliarum Constantinopoli extraordinarius et nationis Gallicae consul Aleppensis, Algeritanus et Tripolitanus, natus a. 1702. Ex schedis ipsius itinera ab eo suscepta descripsit Labatus. Praestantissimis huius operis libris itinerarium hocce adscribitur. Varia tamen atro carbone notata sunt ab auctore pseudonymo libri sequentis: d'Arvieux.

*Lettres critiques de Hadgi Mehemed Effendi à Madame la Marquise de G*** au sujet des Mémoires d'Arvieux. Avec des eclaircissemens curieux, sur les moeurs, les usages, les religions, et les differentes formes de gouvernemens des Orientaux traduites du Turc en François, par Hamet Frangui,* Renegat Flamand. Paris 1735. 220 pagg. in 12. — Verus auctor dicitur DE LA CROIX fertur.

RICHARD CHANDLER'S, *Fellow of Magdalen College and of the Society of Antiquaries, Travels in Asia minor.* Oxford 1775. 285 pagg. in 4 mai. Chandler.

Theotiſce, (ab *Henr. Chriſti. Boje*) Lipſ. 17
8 mai. — Chandlerus ſumtibus ſocietatis An
cae, cuius membra *Dilettanti* audiunt, a. 17
iter verſus Aſiam et Graeciam inſtituit. Poſt
ditum in Angliam opere hocce diarium typis m
davit, in quo memorabilia geographiam et antiq
tates inprimis, veteris Joniae, Cariae et Phrygi
ſatis, ut videtur, accurate conſignavit. Adie
eſt charta geographica magni aeſtimanda, a *Th*
Kitchin reviſa et emendata, qua mare Aegaeu
littora Europae et Aſiae cum parte Aſiae mino
repraeſentantur. — Cf. *Allgemeine teutſche B*
T. XXXV. p. 512—537.

* * *

shull. EDMUNDI CHISHULL Antiquitates Aſiatic
Chriſtianam aeram antecedentes, ex primariis m
numentis Graecis deſcriptae, Latine verſae, no
que et commentariis illuſtratae; accedit Mo
mentum Latinum Ancyranum. *Londini* 17
2 Alph. 2 plagg. in fol. cum tabb. aen. figuri
et numis paſſim inſertis. — Primo loco appa
famoſa illa inſcriptio Sigea antiquiſſima βουστρο
exarata, quam antea iam auctor ſeparatim edi
rat, cum commentario hiſtorico, grammati
critico. (*Londini* 1721. fol.) Cui addenda auc
ris appendicula notarum ad hanc inſcriptione
(*ibid.* 1727. fol. et *Lugd. Bat.* 1727. 8 mai.)
hoc vero opere a nobis recenſendo omnia, q
ad illuſtrationem eiusdem inſcriptionis commen
tus erat, auctiora et comtiora prodiere. Spec
tiſſimum illud totius Aſiae monimentum in Tr
de, inter promontorium Sigeum et amnis S
mandri campum, viſendum iacet; ipſo nempe i
in loco, ubi Mitylenaei, lapidibus ab everſa Tr
comportatis, Sigeum urbem condidere. Chishull
exi

aeſtimat, lapidem illum ingentem fuiſſe ſtatuam Mercurialem, cui nunc caput avulſum, caput ſcilicet Phanodici cuiusdam, in cuius honorem inſcriptio poſita. Appendiculae memoratae adiecit illud Sigei ſuperſtes monimentum, honori Antiochi, ſecundi Syriae regis, dicatum, itidemque notis explicatum. Sequitur in Antiquitatibus Chiſulli Aſiaticis inde a p. 59 ſtatua Jovis Urii Boſporani, cum titulo, a Philone Antipatri filio, celebri ſtatuario, circa Alexandri M. aetatem inſculpto. Sequuntur a p. 66 inſignia duo monimenta infenſiſſimorum olim ſibi hoſtium, Seleuci ſcilicet Calinici et Ptolemaei Evergetae, hic coniunctim poſita, quorum unum Mileſium inſcribitur, alterum vero Adulitanum, a locis ſcilicet, in quibus quodvis fuit repertum. In priore Seleucus catalogum exhibet variorum vaſorum aureorum figuris atque pondere inſignium, quae ceu donaria ad Appollinis Didymei templum deſtinantur: in altero vero, Adulitano, ipſe Ptolemaeus Evergetes varias gentes ditioni ſuae a ſe ſubiectas late ac ſuperbe recenſet. Hoc monimento, de quo nos alio loco uberius dicemus, ſubiungitur inſcriptio Cypria Ptolemaei Lagi et Cleopatrae uxoris ſororisque, Deorum Philometorum, apud Citium olim urbem, oppidum nunc Larnaka, exſcripta. Tres inde a p. 90 ſuccedunt inſcriptiones in lapide Mileſio, quem regis Seleuci monimentum ante laudatum in fronte ornat, obviae. Poſt varia coniunctim leguntur monimenta Teja, in quibus primum merito locum occupat lapis, in quo Tejorum dirae, quotannis contra nefarios, vetita aliorſum exportantes, magna cum religione decantari ſolitae, continentur, ſtela poſt Sigeum marmor mira et aetate et raritate. Reliqua monimenta, quanquam aliorum ſunt, Romanorum puta, Aetolorum, variarum-

que Cretae inſulae civitatum, Teja tamen n
improprie vocari poſſe, ideo cenſet auctor, qu
unum omnibus ſit negotium, Tejorum nempe
Deum Bacchum pietas laudata, urbique ius aſ
eo nomine conceſſum. In notis ad haec mo
menta Teja praeter ea, quae ad accuratiorem n
minum iſtarum civitatum orthographiam et St
phani Byzantini emendationem potiſſimum faciu
docte diſſeritur de Coſmis ſ. Coſmiis, ſummis Cr
tenſium magiſtratibus, de urbibus ſacris ac aſyl
de Creticae linguae varietate etc. Praeter ha
diverſa monimenta antiqua inſeruntur, ab a
quidem iam maximam partem publicata, ſed h
longe emendatius exhibita et felicius explicata
illuſtrata. Inde a p. 139 poſita ſunt monimen
Attalica, ita ab editore denominata, quod Attal
rum aetatem, annos nempe ante Chr. nat. 152
158 attingant, iſtorumque, ut et Cratonis, Dem
trii etc. merita et beneficia in Dionyſiacorum ſ
ſcenicorum artificum ſodalitia uberius enarrat
complectuntur igitur pſephiſma ſodalitii Attali
rum, et alterum pſephiſma ſodalitii ab Echino di
porro Cratonis ad Attaliſtas illos epiſtolam, et d
cretum denique honorarium, quae omnia erudi
notis illuſtrantur. Quibus demum ſuccedunt mo
nimentum Aphrodiſienſe et Stratonienſe. Abſ
vitur tandem univerſum opus celeberrimo mo
mento Ancyrano Latino, quod poſt tot erudit
rum vigilias denuo explicare et ſupplere non d
bitavit editor, quod a Tournefortio longe accu
tius et locupletius ipſius apographum, ac Busb
quianum et ipſum quoque Coſſonianum fuer
Smyrnae nactus eſſet, ipſius manu olim Ancyr
fideliter deſcriptum. Ipſi inſcriptioni adiectae ſu
Caſauboni ac Iac. Gronovii notae. Sequit
deinde ipſius editoris commentarius copioſiſſim
optima

le Lydiana ſive proconſulari Aſia, et de ſep-
metropolicis urbibus in illa comprehenſis.
. 1641. 8. Editio multo auctior *ibid.* 1643. 8.
n opuſculo de epiſcoporum et metropolita-
rigine *ibid.* 1687. 8. Seorſim etiam *Bremae*
. 8. — Doctiſſime agitur de Romanorum
Aſiae minoris diviſionibus ad illuſtranda novi
is legumque Romanorum loca plura. Do-
praecipue, Romanos, cum poſſeſſionem ca-
:arum regionum, quae prius ad Pergame-
ges pertinebant, eas in provinciae formam
le; quam Magnae Continentis nomine vo-
Aſiam. Hanc a Cicerone in quatuor re-
, Phrygiam, Myſiam, Cariam et Lydiam
am monet auctor, ſingularumque terminos
inquirit: praeſertim vero de poſtrema, Ly-
ji, eamque Aſiae nomine veniſſe cum ex
iptoribus probat, tum ex Novo Teſtamento,
VI. Addit, ſeptem Aſiae eccleſias in Apo-
i, Lydianae illius Aſiae limitibus contineri;
ne veriſimile, Veſpaſianum hanc Proconſu-
Aſiam ab Aſia reliqua ſeparaſſe: monſtrat

ciorum Vicarii Dioeceſis Aſianae, et Proconſ
Aſiae, diſtinctionem evidentius occurrere. Subl
a Theodoſio ſeniore Conſularis Helleſponti p
vinciam Vicario Aſianae Dioeceſeos adem
Proconſuli Aſiae ſubiectam fuiſſe; atque aut
ipſo, aut ab Arcadio eius filio, interiorem Ly
provinciam contra Proconſuli Aſiae detractam,
Vicario Dioeceſis Aſianae additam. Porro obſ
vat, quanquam olim in Aſia Proconſulari Me
poles eſſent plures: tamen in diſpoſitione Imp
per Conſtantinum facta decretum fuiſſe, ut
in hoc, quam in aliis omnibus ſigillatim provi
urbs una tantum primaria Metropolis habere
eamque dignitatem in Aſia iſta Epheſo colla
eſſe. Denique cum in Orientali praeſertim Im
rio eccleſiaſtica adminiſtratio civili reſponderit,
declarat, quomodo in Aſia Proconſulari Metro
liticarum eccleſiarum dignitas vel ſervata, vel
mutata fuerit.

Smith. THOMAE SMITHII ſeptem Aſiae eccleſiar
et Conſtantinopoleos notitia. *Lond.* 1672.
1676. Multo vero auctior *Traiecti ad R*
1694. 8.

Haym. *Medaglie dei Re di Pergamo, Partia, Cap
docia, Bitinia, Paflagonia, Ponto et Sauromati*
NIC. FRANC. HAYMII *Teſoro Britanico* (Lon
1720. 4.) P. I. Vol. II. p. 28—56.

SECTIO II.

Scriptores de rebus Galaticis.

Hofmann. CAROLI GOTTLOB HOFMANNI Diſſ.
Galatia antiqua. *Lipſ.* 1726. 4.

Eiusd. Diſſ. de profanis Galatarum conci
ibid. 1728. 4.

M. GOT

M. GOTTLIEB WERNSDORFII, *facultatis philoſophicae in Academia Wittebergenſi Aſſeſſoris, nec non Prof. lingg. orient. in Athenaeo Gedanenſi* 1774.) de republica Galatarum liber ſingularis, quo cum gentis origo, ſtatus regiminis, mores, res geſtae, fide ſcriptorum et numiſmatum antiquorum exponuntur, tum Galatiae regio deſcribitur, adiecta eiusdem tabula geographica, cum indice locupletiſſimo. *Norimbergae* 1743. 2 Alph. plagg. in 4. — Liber multo cum labore, neque infelici ſucceſſu, compoſitus complectitur, ut videtur, omnia, quaecunque in vetuſtis monimentis, beneficio temporum conſervatis, de gentis Galaticae origine, rebusque geſtis et fatis, ſparſim reperiuntur. Ubique adducuntur ſollicite ad probandas narrationes ſcriptorum loca, quorum fide quaelibet narratio ſtat, eaque vel transſcribuntur integra, vel indicantur, neque tamen conſcribuntur ſolum, ſed cum iudicio critico examinantur, et tandem commemoratio eliciatur, quae ad veritatis similitudinem maxime accedat. Inſperguntur quanquae obſervationes philologicae et criticae non inutiles, paſſim tamen non ad argumentum pertinentes, interdum etiam temerariae. Stilo utitur flore perſpicuo, fluido, et ad tradendas hiſtorias aptiſſimo. Ornatur liber non modo nova tabula Galatiae geographica, ſed etiam numis quibusdam aeri inciſis, aliisque figuris, artificum manu vetere ſculptis. Liber ipſe in ſex capita diſpeſcitur. Primum agit de expeditione Galatarum in Graeciam et Aſiam; cuius initio nominantur auctores vetuſti, qui ex inſtituto de hac gente ſcripſerint, nunc omnes deperditi. Capite ſecundo auctor quaerit, unde Galatae in Aſiam advenerint, et origines gentis indagare ſtudet. Capite tertio chronologico id agit ut ſingulis rebus, capite primo

commemoratis, verum annum assignet. Ca
quarto narrat res gestas Gallograecorum, inde
eo tempore, quo Galatiam quiete incolere coe
ab Attalo compulsi, usque ad tempora Au
Caes. qui Galatiam in provinciae formam red
Capite quinto geographico Wernsdorfius desc
situm, fines, amplitudinem, urbes fluviosque
latiae. Huc facit mappa geographica prorsus n
quam auctor multo studio adornatam suaque
neatam manu, eleganter in aes incidi et color
venuste induci curavit. Ea continet non Gala
modo, sed vicinas quoque provincias, ac to
fere Asiam cis Taurum; exhibet terminos cu
libet regionis non solum antiquos, sed etiam
les dioeceseon ecclesiasticarum sub imperator
Christianis fuere. Describuntur quoque ferti
soli, foecunditas agrorum, annona, fructus, pi
pascua, et praecipue Ancyranae capellae, h
totius Asiae praestantissimae, mercatura, fr
cocci, quo paludamenta imperatorum tingebar
aliaque regionis bona. Sequitur catalogus urb
et locorum ad litteras alphabeti redactus. T
iam dederat, sed mutilum, *Hofmannus* modo
datus. Eum Wernsdorfius fundamenti loco p
illumque triplo auget, multisque locis emer
Hunc excipit catalogus montium et collium.
tandem index fluviorum, satis diligenter conse
Ultimum seu sextum caput de moribus Galata
inscribitur; quo partim de moribus civilibus.
dole animorum studiorumque huius populi ag
partim de regimine politico et statu reipub
eorum, partim etiam de lingua Galatica, quae
culiaris fuit, cuius vero reliquiae exstant pauc

Cf. *Zuverläss. Nachr. von dem gegenwärt. Zus*
der Wiss. P. XIV. p. 381—410. Nova Acta
a. 1748. p. 674—685.

SIMONIS PELLOUTIER *Diſſertation ſur les* Pelloutier.
tions Gauloiſes qui s'établirent dans l'Aſie mineure,
ns le nom de Galates; adiecta editioni novae eius-
m auctoris hiſtoriae Celtarum, a *Chiniaco* (Pariſ.
770. 12.) curatae; de qua alibi agetur.

(IOH. ANTONII HUBERTI ROUDIL DE Roudil.
ERRIN) Monumentorum Galaticorum Synopſis,
ve de inſcriptionibus et numiſmatibus, quae ad
s Galatas ſpectant, breves coniecturae. *Liburni*
772. 4. — Alia diſſertatione, nobis incognita,
uctor hiſtoriam Galatarum usque ad ea tempora,
uibus a Romanis pacem poſcebant, deſcripſerat,
bello indicato eandem usque ad Auguſtum Imp.
ontinuat.

SECTIO III.

Scriptores de rebus Bithynicis.

Praeter VAILLANTII opus paullo ante lau- Vaillant.
tum, Achaemenidarum imperium, cui ineſt hi-
oria regum Bithyniae, exſtant diſſertationes ſe-
uentes:

FRANC. SEVIN *Recherches ſur les rois de Bi-* Sevin.
ynie, I Partie; in Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.
T. XII. — *II Partie;* ibid. T. XV. — *III Partie;*
id. T. XVI.

FRERET *ſur la forme de l'année employée par* Freret.
les Bithyniens ſous la domination Romaine; ibid.
T. XVIII.

Varia etiam de Bithyniae regibus et de aera Spanhe-
Bithyniaca tradit EZECH. SPANHEMIUS in opere mius.
praeſtantiſſimo de uſu et praeſtantia numiſmatum T. I.
p. 515. 573. 599. 633. etc.

libri VI, Latino carmine a IOSEPHO Exonien redditi, ex recenſione *Io. Mori.* Lond. 1675. 8. Cf. *Voſſius* de Hiſtor. Lat. L. II. cap. 56. *Pol Leyſeri* Hiſtor. poët. med. aev. p. 450—497. *Fabricii* Bibl. Lat. med. aev. T. V. p. 677 ſqq. Multa huius Ioſephi (qui et *Devonius* et *Exceſtrien* vocatur) loca emendantur et explicantur a *Cr Valer. Vonk*, in Lectionum Latin. Libb. II. pri cipue a pag. 135—157.

Libelli, qui *Dictys* nomen praefert, auct ut commento fidem faceret, fingit quendam Septimium Romanum vitam Dictys efferentem, qua idem fere, quod ante e Suida vidimus, trad ſcilicet vi tempeſtatis aperta ſepulcrorum mon menta in inſula Creta, et in horum uno repe in arca plumbea, tilias Punicis litteris conſcript quae ad Neronem (quem pro Claudio ſubſtitu allatae, in Graecum ſermonem ipſius iuſſu fuer translatae. Sed ne unicus quidem e Romanis Gra cisque ſcriptoribus, qui res ſub Nerone geſtas na rant, huius rei aliquam facit mentionem; ut a taceamus argumenta, quibus authentia opuſculi aliis impugnata fuit. Fuit tamen, qui in hoc commentaretur, GUIDO DE COLUMNA, natio Siculus, patria Meſſanenſis, ubi iudex fuit, al *Guido de Columnis* dictus, qui, ſecundum Boſtonu Burienſem, cum Eduardo I. ex bello Aſiatico r duce, in Angliam ſe contulit, ibique praeter Chr nicon magnum librorum ſex et triginta, nondu quantum ſcimus, in lucem editum, de rebus Tr ianis hiſtoriam a. 1287 condidit ex Dicty, uti ip profitetur, deſumtam. Cuius MStum codice Cantabrigiae, Oxonii et penes ſe exſtare, teſtat Voſſius (de Hiſt. Latin. II. cap. LX. p. m. 491. quod et de ſe *Barthius* in Claudianum (p. 776 Bibliothecae electorali Dresdenſi etiam codice

Guido de Columna.

ine

[illegible]ſſe membranaceum, licet mutilum, affirmat [illegible]oetzius in *Merkwürd. der Königl. Bibl. zu Dresden* [illegible]. II. p. 329. In publicam demum lucem prodiit [illegible]loniae hoc titulo: Hiſtoria Troyana a *Guydone* [illegible] *Columpna meſſan.* proſayce compoſita, in 4. In [illegible]e leguntur haec verba: Impreſſit *Arnoldus Ther*[illegible]ornen (i. e. Hornenſis. Male a bibliographis qui[illegible]ndam ſcribitur: *Arnoldus*, ſ. etiam *Albertus Ter*[illegible]*borne*) 1477 die penultima menſis Novembris. In [illegible]bium vocatur a nonnullis haec editio prima: ſed, [illegible]*ſſi. Gottl. Schwarzium* eam poſſediſſe, clariſſi[illegible]e patet e Catalogo bibliothecae eius P. II. p. 175, [illegible] hanc notitiam debemus. Habemus etiam ver[illegible]onem operis Italam, a Guidone, ut nonnulli [illegible]ntendunt, ipſo elaboratam, hoc quidem titulo: *Hiſtoria della Guerra di Troja di* GUIDO DALLE [illegible]OLONNE, *Meſſineſe.* In Venezia (alii Mediola[illegible]um locum impreſſionis allegant: ſed *Zeno* in an[illegible]notationibus ad *Fontanini* bibliothecam e libro ipſo [illegible]ſert haec verba: *Queſta preſente opera è ſtata im*[illegible]*preſſa per Antonio de Allexandria della Paglia, Bartholomme da Foſſombrone de la Marcha e Mar*[illegible]*ſſino di Savioni Milaneſe, nella inchlita citta di* [illegible]*enetia* etc.) 1481. fol. Alii *Philippum Ceſſi*, Flo[illegible]*rentinum*, interpretem perhibent: alii, *Nicolaum* [illegible]*Laurum*, Senenſem. Sed uterque liberarius vel [illegible]ba potius, quam interpres fuiſſe videtur. Auto[illegible]*graphum* Latinum poſtea etiam prodiit *Argentorati* [illegible]*per* et 1489. fol. (Cf. *Freytagii* Analecta p. 406 [illegible]) Secuta eſt editio *Argentinenſis* alia a. 1494. (Cf. *Goetzius* l. c.) Verſio *Hiſpana* per *Petrum* [illegible]*Nunez Delgado* prodiit *Hiſpal.* 1519. fol. *Theo*[illegible]*logica* quoque exſtat interpretatio, hac epigraphe [illegible]ducta: *Hiſtoriſche und eygentliche Beſchreibung der berümbten vnd alten Stadt Troja, von irer Zer*[illegible]*ſtörung vnd der verbliebenen Trojaner Glück und Vnglück,*

Vnglück, vor 300 Jahren durch Herrn Guidone de Columna, *Richtern zu Meſſena in Latein beſchrieben. Jetzo verteutſcht durch* David Froeter *Mompelg. bey Koenig* 1599. 8. Ultimo loco, quantum indagare potuimus, repetita eſt verſio Italo teſte titulo *publicata dègli Accademici della Fucina della città di Meſſina.* In Napoli 1665. 4.

Cf. IAGEMANN ſ. potius TIRABOSCHI l. c. T. I P. I. p. 432.

FONTANINI *biblioteca con le annot. del* APOSTOLO ZENO T. II. p. 153 ſqq.

Brevem nunc addimus recenſum editionum hiſtoriarum iſtarum ſuppoſititiarum *Daretis* et *Dictys.* Iunctim ſemper fere typis expreſſi ſunt attamen, praeter Daretem, (de quo infra,) ſeorſim quoque prodiit Dictys, ſine indicio loci et anni in 4. Editio, nec Maittairio, nec Fabricio cognita prior certe eſt Mediolanenſi, et deſcribitur a *G. de Bure*, in *Bibliographie inſtructive*, (Hiſtoire. T. à Paris 1768. p. 475 — 479) ubi circa annum 1470 typis Moguntinis excuſa eſſe coniicitur. Uberior eiusdem recenſio, enotata varietate lectionis, auctore *G. C. Schwarzio*, Prof. Altdorf. reperitur in *Abhandlungen aus der Kirchen - Bücher- und Gelehrten - Geſchichte — von D. Io. Bar. Riederer* (Altdorf. 1768.) p. 451 — 473. Prodeinde uterque (*et quidem primum*) *Mediolani* 1477. in 4. Rariſſime haec editio occurrit. Proxima, a bibliographis hucusque ab oblivione vindicata, nec minus rara ſ. l. et a. in 4. Curavit illa *Ioh. Maius*, Romhiltenſis, qui in dedicatione *Liptz.* (h. e. Lipſiae) *anno Chriſtianae nativitatis M. CCCC. XCVIII. in proſeſto dive Margarete virginis* ſcripta, hiſtoriam Troianam mire laudat, conqueritur de erroribus et mole hiſtoriae Troianae, a Guidone de Columna editae. Copioſe hanc editi-

em deſcribit CAR. BENJ. LENGNICH in
gen zur Kenntniß ſeltener und merkwürd. Bü-
lanzig und Leipz. 1776.) P. I. p. 28 — 33.
II. p. 72. Poſtea prodierunt Dares et Dictys
ione *Veneta* Franciſci Faragonii 1499....
1512. 8. *Baſileae*, cum tribus Libanii de-
ionibus conſimilis argumenti 1529. 8. Ea-
tione Lugd. 1552. 12. *Pariſ.* 1560. 8. *Lugd.*
12. Maxime rara eſt haec editio: *Belli*
i ſcriptores praecipui, Dictys Cretenſis, Dares
us et Homerus. Omnes iam pridem Latio
ati, nunc vero a mendis expurgati et in unum
i digeſti. Additae ſunt quoque Libanii et Ari-
declamationes quaedam, hiſtorias Troiani belli
ntes. Baſileae *per Petrum Pernam* 1573. 8.
ae huius editionis *G. Stollius* in *kurzer Nach-*
ten den Büchern — in der Stolliſchen Bibl.
I. p. 144 ſq. Meliorem poſtea dedit editio-
ſus Mercerus ſecundum codices Petaviorum,
e illuſtratam *Pariſ.* 1618. 12. Admiſit ta-
epe coniecturas ſuas in contextum. Repe-
ec editio *Amſtelod.* 1630. 16. In uſum
ni, interpretatione et notis *Annae, Tana-*
Fabri filiae, *Lutet. Pariſ.* 1680. 4. (Raris
nibus collectionis *in uſum Delphini* adnume-
nec editio.) Maioris aeſtimantur editiones,
lopoeo et *Smids* curatae. Prior quidem ſic
itur: *Dictys Cretenſis de bello Troiano, ſive*
rnii Ephemerides belli Troiani libri VI. cum
ſiae Merceri, Caſp. Barthii, Ulrici Obrechti,
Vindingii, et indice Samuelis Artopoei. Ac-
Daretis Phrygii Hiſtoria Troiana. Argent.
8. (Obrechtius ad emendandum Dictym
ſus eſt codice Argentoratenſis bibliothecae
ione Mediolanenſi.) Poſterior: *Dictys Cret.*
us Phrygius de bello et excidio Troiae in uſum
ſeren.

ſeren. Delphini, cum interpretatione Annae Dacer Accedunt in hac nova editione notae variorum i grae; nec non Ioſephus Iſcanus, cum notis Sam. L ſemii. Numiſmatibus et gemmis hiſtoriam illuſtra bus exornavit Lud. Smids, M. D. Diſſertationem Dictys Cretenſi praefixit Iac. Perizonius. Amſtel 1702. 4, ſimulque in 8. Non ſatis emendata citur haec editio. Cf. de ea *Acta Erud.* a. 17 p. 49—56.

Seorſim editus eſt Dares *Viteb.* 1516. 4. *A verp.* 1608. 8. *Duaci* 1632. 8. Adhaeret quo Spondani Homero, *Baſil.* 1583. fol. et, cum Dict Diodoro Siculo, G. Poggii verſione edito Lat *Baſil.* 1578. fol.

Exſtant etiam variae horum ſcriptorum *ver nes*, v. c. *Itala* hoc titulo: *Ditte Candiotto e Da Frigio della Guerra Troiana, tradotti per Tomm Porcacchi di Caſtiglione Aretino, con l'ordine da nerſi nella concatenazion dell Iſtorie.* In Vine *preſſo il Giolito de Ferrari* 1570. 4. (Haec ver ab Italis ſummopere laudatur, eiusque editio r eſt. A Fabricio antiquior anni 1543. in 8. cc ſignatur.) *Gallica*, cura *Caroli Bourguille*, *Cad* 1573. Alia obvia eſt in libro edito Pariſ. 1731. *Mythologie et l'hiſtoire de dieux* etc. *par Mr.* D puy. — *Theotiſcae*, et quidem Daretis, auct *Marco Tatio*, Aug. Vindel. 1536. fol. cum ico bus a *Ioan. Adolpho Hermſtaedt*, Fuldae 1773. Dictys autem a *Ioan. Heroldo*, 1554. fol. Et *Ruſſice* Dictys et Dares excuſi *Moſcuae* 1712. 8

Larga haec ſeges editionum et verſion ſcriptorum futilium ac fabuloſorum orta nobis detur, partim e neglectu artis criticae, quo r publica litteraria olim laboravit, partim e prae dicio ſeu furore ſingulari, quo ſcriptores ehronic

ru

rum atque conditores genealogiarum medii aevi origines omnium fere gentium familiarumque illustrium a Troianis irrito sane conatu deducere studuerunt.

Cf. (BURC. GOTTH. STRUVII de excidii Troiani fabula et de eiusdem scriptoribus usque ad Homerum iudicium; in *Obss. select. ad rem litter. spect.* (Halae 1701. 8.) T. III. p. 9 sqq.

IAC. PERIZONII Diss. de Dictye Cretensi, adiuncta editioni Amstelod. 1702.

I. A. FABRICII Bibl. Lat. ex edit. Ernesti T. I. p. 111 sq.

THOMAE WOPKENSII Adversaria critica in Dictyn Cretensem s. potius Q. Septimium de bello Troiano; in *Miscell. obss. novis* in auctor. a. 1741. T. II. p. 1—104.

IOAN. GEORGII ECCII, Prof. Lipsiensis, de Darete Phrygio exercitatio. *Lipsi.* 1768. 4.

HOMERUS, historiae Troianae pater, cui ignotus? Quae autem in eius Iliade veram historiam spiant, constitui vix potest, cum testimoniis coevis egeamus. Nec moramur in QUINTO SMYRNAEO, alias perperam *Calaber* dicto, Homeri quasi continuatore, in paralipomenis, Graeco carmine conscriptis. Cf. TH. CHR. TYCHSEN Commentatio de Quinti Smyrnaei Paralipomenis Homeri. *Goetting.* 1783. 8. Eandem ob caussam praetermittimus TRYPHIODORUM, Poëtam Aegyptium, qui saeculo post Chr. nat. quarto aut sexto carmine Graeco Ilii excidium cecinit. Sic COLUTHUM, Lycopolitanum, qui primas res, quas bello Troiano originem dedisse fabulantur, versibus expressit, utpote historiam de nuptiis Pelei, pomo Eridos, iudicio Paridis, et raptu Helenae. Multi quoque belli Troiani scriptores intercidere temporum periere; de quibus v. *Struvii* Diss. modo laudata et *Fabricius* in Bibl. Graeca.

Homerus. Quintus Smyrn. Tryphiodorus. Coluthus.

Oratores etiam in hiſce Troianis rebus fac
Libanius. diam ſuam exercere ſibi propoſuerunt. LIBA
quidem *Sophiſtae* exſtat declamatio, ſub perſ
Menelai pro concione Troianorum, Helenam
petentis et bellum denunciantis, ni reddant; q
inter alias eiusdem habetur. Oratorium eſſe e
citium, primo ſtatim patet intuitu. Altera m
Dio Chry- ris ob argumentum eſt momenti, a DIONE CH
ſoſt. SOSTOMO, rhetore, conſcripta. Inſcribitur: T
πὸς ὑπὲρ τῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι, *quod Ilium non captum.* Eſt oratio XI Dionis p. 151, in *Ieder. Morelli*, Lutet. 1604. fol. Primus eſt I
qui rem, ſolo antiquitatis conſenſu potius, q
firmo aliquo fundamento ſubnixam, invertere
ſus fuit. — Cf. *Obſervations ſur le Diſcours,* lequel Dion combat l'opinion de la priſe de Troie les Grecs; in *Vies des anciens Orateurs Grecs* (à ris 1752. 8.) T. II. p. 163—177.

Praeter hoſce, qui ſigillatim de rebus Troi
agunt, ſcriptores, alii quoque univerſalis hiſtor
conditores eadem commemorant, inter quos pr
cipui ſunt chronographi Byzantini, qui conſt
fere ore, Homerum ſecuti, Troiam captam a
runt. Ab eodem tamen aliquo modo defle
Conſtanti- CONSTANTINUS MANASSES in Annalibus, li
nus Ma- in levibus momentis potius variet, quam in ipſa
naſſes. Non praetereundus quoque hic eſt ISAAC
Iſaacius COMNENUS PORPHYROGENNETES, e ſaec
Porphyr. undecimo, Orientis imperator, qui in Studi
ſine dubio monaſterio, quod palatio praetule
hiſtoriam Troianam compoſuit, et characteres
cum tum Graecorum, tum Troianorum, qui
Troiam convenerunt, *Paralipomena Homeri* a
inſcriptam. Latuerunt haec paralipomena per te
pus aliquod in bibliothecis illuſtrium; poſt, u
mam partem ſive characteres ducum *Ianus*

ger

[redacted] ex codice Amſtelodamenſi variarum lectionum libro quinto (cap. X.) inſeruit, verſione et notis illuſtravit. Integrum vero Iſaaci ſcriptum *Leo Allatius* inter excerpta varia Graecorum Sophiſtarum ac Rhetorum *Romae* publici iuris fecit a. 1672.

E recentioribus perluſtrandi ſunt ſequentes:

La antigua, memorable y ſangrienta deſtruycion de Troya, recopilada de diverſos Autores, por IOACH. ROMERO DE CEPEDA. En Toledo 1583. 8. Romero.

HERM. RUD. ROTH Exercitatio hiſtorica de bello Troiano, in qua contra omnes fere hiſtoricos oſtenditur, Troiam in illo bello, quod decennale putatur, minime a Graecis flammis ruinisve [redacted] deletam. *Ienae* 1674. 4. — Accedit auctor [redacted] Dionis Chryſoſtomi, quia non ſolum probabilior ſit communi, ſed etiam quia hauſerit narrationem ſuam de bello Troiano ex aliquo ſacerdote Aegyptio, qui eam ex vetuſtiſſimis Aegyptiorum monimentis repetitam retulerit. Roth.

IOH. COLUMBI Diſſertatio de Troia capta. *Hafn.* 1679. 8. Columbus.

RAPHAEL. FABRETTI Explicatio veteris tabulae anaglyphae, Homeri Iliadem, atque ex Stesichoro, Archino et Leſche *Ilii excidium* continentis, cui ipſa tabula aeri inciſa praefigitur; in *eiusd.* dissertationis de Columna Traiani (*Rom.* 1690. fol.) pag. 345—384. Monimentum iſtud uberius explicavit et illuſtravit. Fabretti.

LAURENTIUS BEGERUS in libro ita inſcripto: *Ilium* et excidium Troianum, ex antiquitatum reliquiis, tabula praeſertim, quam Raph. Fabrettus [redacted], Iliaca delineatum, et adiecto in calce commentario illuſtratum. *Berol.* 1699. 4. Copioſius [redacted] eam egit Begerus.

Montfaucon. BERN. DE MONTFAUCON in *Antiquité expliquée et représentée en figures* T. IV. P. II. p. 297 et in *Supplement* T. IV. p. 79 sqq.

Fourmont. STEPH. FOURMONT *Examen du sentiment dinaire sur la durée du siége de Troye;* in *Mém. l'Acad. des Inscr.* T. V. Sententia de bello T lano decennali impugnatur: eandem contra tue

Banier. ANT. BANIER in *Dissertation sur la durée siége de Troye;* ibid. T. VI. — Idem multus es explicandis rebus Troianis opere, quod inscrip *Mythologie expliquée par l'histoire*, Libro in mis V et VI.

Nesselius. ISRAELIS I. NESSELII Diss. de veritate cidii Troiani, contra Dionem Chrysostom *Upsal.* 1724. 8.

Sieben. CORNEL. SIEBEN Sermo academicus Troia capta, oppositus Dionis Chrysostomi tioni. *Lugd. Bat.* 1727. 4.

Capasso. NICOLO CAPASSO *Ragionamento dell' I dio e Presa di Troja;* in *Miscellanea di varie rette* (Venez. 1744. 12.) T. VIII. p. 401—42

de Burigny. DE BURIGNY *Difference des traditions sur léne et sur la guerre de Troye;* in *Hist. de l'A des Inscr.* T. XXIX. p. 45 sqq.

des Vignoles. Egregie et, ut semper solet, doctissime div fas de bello Troiano sententias diiudicat ALI DES VIGNOLES in *Chronol. de l'hist. sainte Vol.* p. 804—823.

* * *

Lilienthal. (MICH. LILIENTHAL) de Helena Men eiusque amatoribus, in (*eiusd.*) Selectis histor. litterar. contin. (*Regiom.* 1719. 8.) p. 127-252. Auctor omnia paene corrasit, quae cum ver tum recentiores de Helena ista somniarunt.

ANGI

ANGELI MARIAE RICCII Diſſertatio, an, quae de Helena Homerus habet, ſint fabuloſa? in *eiusd.* Diſſertatt. Homeric. (*Florent.* 1741. 4.) Vol. II. p. 213 — 228. Riccius.

Eiusd. Diſſ. de cauſſa irae Achillis; *ibid.* Vol. I. p. 77 — 88.

Eiusd. Diſſ. de Heroibus Homericis; *ibid.* p. 89 — 99.

Eiusd. Diſſ. de equo Troiano; *ibid.* p. 39 — 53.

IUST. GODOFR. RABENERI de Troiae reliquiis Diſſertatio, in *eiusd.* Amoenitt. hiſt. philol. *Lipſ.* 1695. 8.) p. 100 — 107. Rabener.

IOH. GEORG. ROESERI Diſſ. hiſtorica de Palladio. *Francof. ad Viadr.* 1688. 4. Roeſer.

L. G. RABENERI Progr. de Palladio; in *eiusd.* Amoen. p. 235 — 242. Rabener.

FONTENU *ſur une Médaille de Minerve Iliade;* in Hiſt. de l'Acad. des Inſcr. T. V. Fontenu.

GEO. WESTERHOLT Diſſ. II. de Palladio. *Hamiae* 1726. 4. Weſterholt.

CAROLI LAMOTTE *Anmerkungen über eine Stelle im Virgil von der Zerſtörung der Stadt Troja und vom Palladium;* in *Bremiſchen Magazin* T. II. p. 424 ſqq. Lamotte.

NIC. GEDOYN *Deſcription de deux tableaux de Polygnote, tirée de Pauſanias;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. VI. Polygnotus hiſtoriam belli Troiani variis picturis repraeſentaverat, quas Pauſanias deſcribit, et Gedoynus doctiſſime illuſtrat. Gedoyn.

IOH. GOTTLIEB GONNE *von den Trojaniſchen Fabeln in den Urſprüngen der Teutſchen Völker und Geſchlechter;* in *Erlangiſchen Anzeigen vom J.* 1744. p. 129 ſqq. Gonne.

* * *

Belley. BELLEY *Observations sur les Médailles et l'ère d'Hyrgalée, ville de Phrygie;* in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. XXXVI. p. 640—647.

SECTIO VI.

Scriptores de rebus Lydiis.

Usserius. Praeter USSERII disquisitionem de Lydi Asia, paullo ante descriptam, consulendi sunt:

Iani. DAN. FRIDER. IANI Diatribe historica regno Lydorum. *Halae Magdeb.* 1703. 4.

Sevin. FRANC. SEVIN *Recherches sur les Rois de die;* in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. V.

Freret. NICOL. FRERET *Recherches sur la Chrono de l'histoire de Lydie;* ibid.

Bouhier. IOH. BOUHIER de Chronologia regum Ly Herodotea acutissime disserit in *Recherches et sur Herodote* (à Dijon 1746. 4.) cap. V.

Hist. of Croesus. *The History of Croesus, King of Lydia.* L 1756. 8. — Nihil, praeter titulum, de hoc l nobis innotescit.

SECTIO VII.

Scriptores de rebus Ionicis.

Gutberlet. TOBIAE GUTBERLETHI Animadversic in antiquam inscriptionem *Smyrnae* repertam morum ectypis ornatae); inter *eiusd.* Opusc *Franekerae* 1704. 8; et in *Ioh. Poleni* novo T Antiqu. Vol. IV. p. 358—367.

Spanhemius. EZECH. SPANHEMII Diss. de numo *S naeorum*, sive de Vesta et Prytanibus Graecon post *Petri Seguini* selecta numismata (*Paris.* 1684 p.

p. 335 — 388; longe fere auctior et elaboratior recusa in *Graevii* Thes. T. V. p. 659 — 702.

RICHARDI MEAD Diss. de numis quibusdam a *Smyrnaeis* in Medicorum honorem percussis; post *eiusd.* orat. anniversar. Harveian. (*Lond.* 1725. 8.) p. 36 — 78. Cf. *Acta Erud.* a. 1726. p. 169. Mead.

CLAUDE GROS DE BOZE *Lettre sur une Médaille antique de* Smyrne, *du Cabinet du Comte de Thoms, qui y joint sa reponse.* à la Haye 1744. 4. de Boze.

IOH. PETRI BELLORII Numismata tum *Ephesia*, tum aliarum urbium apibus insignita, notis illustrata. *Romae* 1658. 4; et cum *Claud. Menetrei* Symbolica Dianae Ephesi statua p. 12 sqq. et in *Grouovii* Thes. T. VII. p. 401 sqq. — Numi XXXVII illustrantur; accedunt aliquot vetustae gemmae annulares, apis emblemate conspicuae etc. Bellorius.

EDM. CHISHULL Diss. de numo Ephesiorum ΣΚΑΠΤΙ inscripto; ad calcem *eius* Antiqq. Asiatt. paullo ante recensitarum. Chishull.

CLAUDII MENETREII Symbolica *Dianae Ephesiae* statua exposita. Accessere LUCAE HOLSTENII Epistola ad Fr. Cardinal. Barberinum de fulcris s. verubus *Dianae Ephesiae* simulacro appositis; IOH. PETR. BELLORII Numismata (modo laudata). *Romae* 1657. 4. Editio altera auctior et pluribus numis et antiquis monumentis illustrata. *Romae*, ap. Ioh. Iac. de Rubeis 1688. fol. — Occasionem scribendi suppeditarunt Dianae Ephesiae multimammiae, ac corporibus omne genus, inanimatis, vegetabilibus, sensitivis conspersae marmorea signa quatuor, Romae exstantia, aeneisque tabulis sub initium libri eleganter expressa. Eorum materiem, formam ac singulas partes sedulo excussit auctor, et liquido monstravit, Dianam Ephesiam Menetrei. Holstenius.

fuiſſe ſymbolum Naturae etc. Deſcripſit et templum Epheſium Dianae ſacrum, numisque i ſtravit. Sub finem epiſtolae Holſtenianae, cui cus Minucii Felicis notus originem dedit, viſu in tabulis aeneis duabus numi XVIII Auguſto Auguſtarumque Romanarum, quorum unus que Dianam verubus ſuffultam ſiſtit etc. — LUD. NEOCORI ſ. KUSTERI et HENR. SI Bibl. libr. nov. T. IV. p. 185—193.

Schülin. IOH. NICOL. SCHUELINI Diſſ. de D Epheſia. *Wittenb.* 1687. 4; et in Theſ. theol. lol. T. II. p. 491 ſqq.

Polcke. IOH. CHRIST. POLCKE Diſſ. de magna E ſiorum Diana. *Lipſ.* 1718. 4.

Spanhemius. Multa de Dianae templo Epheſio narrat SI HEMIUS in commentario ad *Callimachi* hym in Dianam.

Polenus. GIOV. POLENI *Diſſertazione ſopra il Te di Diana d'Efeſo*; in *Saggi di Diſſertaz. accade* (in Roma 1742. 4.) T. I. P. II. p. 1—64.

Caylus. *Le Comte* DE CAYLUS *Mémoire ſur la l d'Epheſe et ſur ſon temple*; in *Mém. de l'Aca Inſcr.* T. XXX. p. 428 ſqq. Theotiſce in *des Grafen von Caylus Abhandlungen zur Geſchicht zur Kunſt*, von I. G. Meuſel. (*Altenburg* 1 4 mai.) T. I. p. 1 ſqq.

* * *

Bayer. Numi decem *Erythraeorum in Ionia* illuſtr THEOPH. SIGEFRIDO BAYER in *Comm Acad. Petropol.* T. II. p. 434—458; et in Opuſculis a Klotzio editis p. 34—54. R Erythraearum hiſtoria ineſt.

SEC

SECTIO VIII.

Scriptores de rebus Caricis.

ANÇOIS SEVIN *Recherches ſur l'hiſtoire de* Sevin.
in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. IX. Nimium
et coniecturis.

: rebus Cariae agit REINERUS REINEC- Reinec-
in Hiſt. Iul. P. II. p. 76. et de iisdem regibus cius.
nis EZECH. SPANHEMIUS in opere de uſu Spanhe-
eſt. numiſmat. T. I. p. 52 et 317 ſqq. mius.

ſtoriam Cariae optime expoſuit CHRISTI. Heyne.
LOB HEYNE in additamentis ad verſionem
iſcam operis Anglici: *Guthrie, Gray und*
allgemeine Weltgeſchichte (Leipz. 1766. 8 mai.)
p. 175—185.

ERRIN *Diſſertation ſur deux Médailles Grec-* Tetrin.
ſ'une de Mauſole et l'autre de Pixodarus, Roi
rie; in *Journal des Savans* a. 1685. p. 62—

e *Artemiſia*, Cariae regina, ac Mauſoleo, in
riam coniugis Mauſoli ab illa exſtructo, agunt
ntes:

AYLE in *Dictionn.* ſub voc. *Artemiſie.* Bayle.
OH. CHRISTI. AVENARII Diſſ. hiſtorico- Avena-
ectonica de Artemiſia et Mauſoleo. Lipſ. rius.
4. — Numus, in quo conſpicitur Artemi-
nago et Mauſolei monimentum originem de-
iic diſſertationi eruditae, qua cap. I agitur de
ipſo; cap. II de Artemiſia; cap. III de Mau-

ARIE DOROTHEE LOESCHER *Reflexions ſur* Loeſcher.
Medaille d'Artemiſie, Reine de Carie, et de ſon
olée. à Potsdam 1748. 1½ plagg. in 8.
e Comte DE CAYLUS *Diſſertation ſur le tom-* Caylus.
de Mauſole; in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.*

T. XXVI. p. 321 ſqq. cum IV figg. aen. Theotiſc in des *Hrn. Grafen von Caylus Abhandlung zur G ſchichte und Kunſt* T. II. p. 1 — 14. — Plinii loc de monimento iſto in Hiſt. Nat. L. XXXVI. cap. praecipue illuſtratur.

✲ ✲ ✲

Minervino. CIRO SAVERIO MINERVINO *Origine e co del fiume Meandro, in occaſione di luogo di Pli Lettera al Signor Comte Antonio Gioſeffo della Tor Rezzonici.* Napoli 1768. 118 pagg. in 8. — commentarius in locum hiſtoriae naturalis Plin nae L. V. cap. 29, ubi breviter deſcribitur Mae der, fluvius propter ſinuoſos flexus apud vete perçelebris. Auctor hiſtoriam Cariae, quam M ander irrigat, urbesque, quas alluit, inſeruit, v rias inſuper coniecturas doctas ſuper populis an quis minus notis exhibuit.

SECTIO IX.

Scriptores de rebus Lyciis, Lycaonicis et Ciliciis.

Emmius. UBBONIS EMMII Deſcriptio Lyciorum re publicae in Aſia; in *eius* veter. Graec. p. 358 ſq et in Gronovii Theſ. T. IV. p. 598 ſqq.

✲ ✲ ✲

Iablonski. PAULLI ERN. IABLONSKI Diſſ. de lingua Ly caonica. *Berol.* 1714. 4.

Boerner. CHRIST. FRID. BOERNERI Diſſ. de Paulli e Barnabae in Lycaonia rebus geſtis. *Lipſ.* 1708. 4

Guhling. IO. FRID. GUHLINGII Diſſ. de Lingua Ly caonica, a Pelasgis Graecis orta. *Vitemberg* 1726. 4.

Walch. IOH. ERN. IMMAN. WALCHII Spicilegium antiquitatum Lyſtrenſium. *Ienae* 1759. 4.

CONI

✤ ✤ ✤

I. SAM. SCHURZFLEISCHII ad inſignio- Schurz-
iae antiquitates animadverſa. *Viteb.* 1695. fleiſch.
eiusd. Opp. hiſt. polit. (*Berol.* 1699. 4.)
74.

CH. SPANHEMIUS de uſu et praeſt. nu- Spanhe-
T. I. p. 595 ſqq. ubi de Ciliciae metropo- mius.
numis agitur.

EY *Obſervations ſur les médailles des grands* Belley.
rinces d' Olba en Cilicie; in *Mém. de l' Acad.*
. T. XXI.

l. *Obſervations ſur les lettres A. M. K. qu'on*
ve grand nombre de médailles de Tarſe et
rbe en Cilicie; ibid. *Hiſtoire* T. XXXI. p.
86.

l. *Diſſ. ſur l'ère d' Anazarbe. Quinzième*
ſe aux Diſſert. du Cardinal Noris ſur les
ers Syro-Macedoniens; ibid. T. XXXII. p.

I FRID. VITI BREITHAUPT Commen- Brei-
Tarſenſibus. *Goetting.* 1748. 4. haupt.
l. Specilegium rerum Tarſicarum mani-
mus. *Goetting.* 1750. 4.

CAPVT

CAPVT XI.

SCRIPTORES DE INSULIS CITERIORIS ASIAE.

Piacenza. FRANCESCO PIACENZA, *Napolitano*, (Prefect ris geographiae Mutinenſis) *Egeo redivivo, o Corografia dell' Arcipelago, e dello ſtato primiero, attuale di quelle Iſole, Regni, Città, Popolazi Dominj, Coſtumi, Sito, ed Impreſſe, con la breve ſcrizione particolare ſi del ſuo ambito litorale, della Grecia, Morea, o Peloponneſe, di Candia, e pro con le ſue piante in rame al più vivo inciſe.* M dena 1688 4. — In deſcriptione hac auct qui, dum Archipelagum redivivum nobis ſiſt conatus eſt, ipſe operi immortuus in vivis eſſe fiit, induſtriam ſuam lectori adeo approbavit, quicquid ad pleniorem Moreae inſularumque ris Aegaei, quarum iconiſmos ubique praem invenies, notitiam facere, aut apud antiquiores recentiores ſcriptores conſignatum reperiri po in Archipelagum hunc confluxiſſe dixeris. N his contentus, tam propriae peregrinationis obſ vationes, quam nauclerorum celebriorum, C in primis et *Almirii* Hamburgenſium, quibus actior tractuum orientalium indagatio, Atlanti quondam inſervitura, demandata eſt, relatio paſſim interſpergit; notata ſubinde auctorum c locorum ſitum, et diverſas appellationes, diſc pantia; inter quos *Laurenbergii* maxime tabu geographicas ſaepius erroris inſimulat, utpote teſte *Sponio*, in ſitu locorum collocando ex petu magis, quam iuxta veritatem procedens, intricaverit potius, quam extricaverit. Operis c tenta omnia, vel titulo teſte, huc non pe nent, ſed deſcriptiones tantum inſularum A

cit

teris, v. c. Chii p. 371, Tenedi p. 392, Lem- p. 431, Rhodi p. 600, ac Cypri p. 634. In de- ptione Rhodi in primis circa Coloſſi famoſiſſi- ſtructuram multus eſt. Subiungit et Equitum ndianorum memoriam, et ſubſecutam inſulae in rcarum manus conſignationem. Eadem ratione pri veterem et recentionem faciem deſcriptam finem libri reperimus.

SECTIO I.

Scriptores de rebus Tenediis, Chiis, Samiis et Rhodiis.

LUDOVICI DE HEMMER Respublica *Tenedio-* de Hem-
e tenebris antiquitatum eruta, numisque illu- mer.
ta. *Hafniae* 1735. 115 pagg. in 8. — Collegit genter, non ſatis acute vero diiudicavit auctor ta Graecorum et Romanorum ſcriptorum loca, quibus inſulae Tenedi eiusque hiſtoriae men- ſit. Adiecit numos, ligno inciſos, qui inſulae nomen ferunt. Et capite quidem primo geo- phiam conditionemque phyſicam inſulae deſcri- ſecundo de Tennide, rege quodam ac legis- Tenediorum, agit; tertio indolem, mores que eorum in bellis, quae geſſerunt, enarrat; rto recenſet reges, magiſtratus et iudices, vi- que illuſtres, eorumque ſtatuas; quinto leges; xto, res Tenediorum ſacras. — Cf. *Teutſche Eruditorum* P. CXCIX. p. 498 — 525.

UBBO EMMIUS de *Chio* et eius ſtatu et for- Emmius.
ma; in *eiusd.* veter. Graec. T. III. p. 252 ſqq. in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 547 ſqq.

Eiusd. Deſcriptio reipublicae *Samiorum*; in *eiusd.* Graec. T. III. p. 245 ſqq. et in *Gronovii* Theſ. T. IV. p. 545 ſqq.

Eiusd.

Eiusd. Descriptio reipublicae *Rhodiorum*; *eiusd.* vet. Gr. T. III. p. 256 sqq.

Meursius. IOH. MEURSII Creta s. de Cretae rebus antiquitatibus libri IV. Eiusdem Cyprus s. de illius insulae rebus et antiquitatt. libri II. Eiusd. *Rhodus* s. de illius insulae rebus et antiquitt. liber. Commentarii postumi. *Amstelod.* 1675. 4. et in eius Opp. (Florent. 1744. fol.) T. III. p. 333—776. Compilatio, ut omnia Meursiana, aliis, qui eam recte uti sciant, admodum grata.

Leges Rhod. Leges *Rhodiorum* navales, militares et georgicae, ed. SIMONE SCHARDIO. *Basil.* 1561. Graece et Latine *Lugd.* 1647. 8.

Bayer. Varia de *Rhodiorum* antiquitatibus docet THEOPH. SIGEFR. BAYER in Diss. de numo *Rhodio*, in agro Sambiensi reperto, in qua simul quaedam nuper de numis Romanis in agro Prussiae repertis cogitata pertractantur. *Regiomont.* 1723. et in *eiusd.* opusculis a Klotzio editis p. 492-511.

Schumacher. CAROLI GUIL. SCHUMACHERI Commentationes II de *Rhodo* litterata. *Ienae* 1760. 4.

Coronelli. VINCENTII CORONELLI (Seren. Reip. Venetae Cosmographi et P. Parisotti Academiae Cosmographicae Argonautarum historiographi: 1718) *Isola di Rodi geografica storica, antica e moderna, coll' altre adjacenti, gia possedute da cavalieri Hospitalieri di San Giovanni di Gierusalem.* Venet. 1688. 8. ibid. 1695. 8. ibid. 1702. 8. — Vetere insulae statu haud plane neglecto, recentior in primis historiaque Equitum Rhodiorum defertur.

Caoursin. GUIL. CAOURSIN, *Rhodiorum Vice-Cancellarii* († in *insula Rhodo* 1501) Obsidionis Rhodiae urbis (a Mahumede II. Imperatore Turcarum a. 1480 irrito conatu susceptae) descriptio, et alia eiusdem, inter quae est opusculum de translatione dextra

extrae S. Ioannis Baptiſtae, et oratio obedientia- i ad Innocentium VIII. 1496. in fol. et in 4. cum gg. — Alia iſta, quae inſcriptione libri innuun- r, ſunt: De terrae motus labe, qua Rhodii a. 480 ante obſidionem affecti ſunt. — Oratio in enatu Rhodiorum de morte magni Turci Mahuedis II habita a. 1481 prid. Kal. Iun. — De caſu agis Zizimi ſ. Siſymi, qui frater fuit Bajazetis II. mp. Turcorum, commentarius. — De celebermo foedere cum Turcorum rege Bagyazit per hodios inito. — De admiſſione regis Zizimi in allias, et diligenti cuſtodia, et aſſervatione exortatio, ſcripta XIII Kal. Oct. a. 1483. — De anslatione dextrae etc. titulo memorata. — Ad mmum Pontificem Innocentium IIX Oratio, haa V Kal. Febr. a. 1485, coram Pontifice, ac ſaro Senatu, Praelatorum et Curialium frequentia dſtante. — De traductione Zizimi ad urbem Romam a. 1488 commentarius. — Volumen ſtabimentorum Rhodiorum militum ſacri Ordinis Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani.

Primum opuſculum, Obſidionis Rhodiae urbis leſcriptio, *Italice* redditum prodiit ſ. l. et a. in 4. *Theotiſce* Argentorati 1513. 4.

Cf. *Hamburgiſche Bibl. hiſt.* Cent. V. p. 303 ſqq. FREYTAGII Analecta p. 262 ſqq.

IACOBI FONTANI (*Braggenſis Belgae, Iudicis appellationum populi Rhodienſis, initio ſaecuh XVI ori*) de bello Rhodio libri tres. *Romae* 1524. XXVIII plagg. in fol. — Auctor, teſtis oculatus, iſtoriam dicavit Clementi VII, Pontifici Romano, on vero, ut alii ſomniarunt, Hadriano VI; nec iber ipſe epiſtolae formam prae ſe fert. Fontanus ilo perſpicuo ac ſimplici deſcribit crudeliſſimam hſulae et urbis Rhodiae expugnationem, a Soli- Fontanus.

manno,

manno, Turcarum Imperatore, a. 1522 facta Recuſus liber fuit *Hagenoae* 1527. 4. Prodiit qu que cum Iacobi Sadoleti oratione de bello Tur inferendo, et aliis quibusdam *Baſil.* 1538. 8. Ex etiam in nonnullis aliis collectionibus, v. c. in c lectione variorum opuſculorum, ſic inſcripta: COBI FONTANI de bello Rhodio libri III. A iuncta inſulae Melitae deſcriptio 10. QUINTII

Adamaeus. et THEODORI ADAMAEI (*Schwalenbergo-L piaci* † 1540) Commentarius de inſula Rhodo, militarium ordinum inſtitutione. *Pariſiis*, ap. V chel. 1540. fol. Porro in *Simonis Schardii* Scrip ribus rerum Germanicarum T. II. p. 88 ſqq. et *Philippi Loniceri* chronicis Turcicis T. II. fol. ſqq. *Theotiſca* verſio, auctore *Ottmaro Nachtg* prodiit *Aug. Vind.* 1528. (non 1628 ut alii vol in 4. (*Ioeckerus* ſub voc. *Fontana* (Iac.) mem etiam verſionis Theotiſcae, ab *Henrico Eppen pio* a. 1551 elaboratae.) *Italica*, auctore *Sa vino*, *Venet.* 1545. 8. *Hiſpanica*, auctore *Chri valo d'Arcos*, *Valladolid* 1549. fol. — Editio contextus Latini a. 1524, 1527 et 1540 rariori adnumerantur.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. X. p. 210 ſqq.
FREYTAGII Anal. p. 344.
IAC. GUIL. BLAUFUS *Vermiſchte Beyträge* T. II. p. 233 ſqq.

de Bourbon. *La grande et merveilleuſe oppugnation de la de Rhodes, priſe par Sultan Soliman en 1522, re gée par écrit par* JACQUES *bâtard* DE BOURBO *Commandeur de S. Mauluitz.* à Paris 1525. fol.

Guichard. *Le ſiége et la priſe de Rhodes par Solimans diſcours prononcé en préſence du Pape l'an 1523* THOMAS GUICHARD, *traduit du Latin par* Ch pentier; in *Recueil des meilleures piéces du Mer de France* Collect. VI. p. 48 ſqq.

TH

TERCIER *Mémoire ſur la priſe de la ville et de l'île de Rhodes en 1522 par Soliman II du nom, empereur des Ottomans;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcript.* T. XXVI. p. 728 ſqq. Tercier.

SECTIO II.

Scriptores de rebus Cypriis.

Inter ſcriptores veteres nullus, qui ſingularem operam hiſtoriae Cypriae impenderit, exſtat. Cyprii quidem ipſi aevo priſco hiſtoriam patriae condiderunt, v. c. ASCLEPIADES, cuius hiſtoriam Phoeniciae et Cypri memorat *Porphyrius* in libello de abſtinentia animalium L. IV. §. 15: at eorum opera iniuria temporis dudum periere. Quae vero ſcriptores Graeciae et Latii antiqui de huius inſulae memorabilibus ac viciſſitudinibus paſſim narrarunt, collegit IOH. MEURSIUS in libro paullo ante laudato. Recentiores igitur rerum Cypriarum ſcriptores nunc recenſeamus! Meurſius.

Geographiam inſulae Cypri egregie illuſtrant D'ANVILLII *Recherches géographiques ſur l'île de Chypre;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* (à Paris 1768. 4.) T. XXXII. p. 529—558. Addita eſt ora, a Danvillio confecta tabula inſulae geographica. d'Anville.

Hiſtoricos habemus ſequentes:

Primus eſt STEPHANUS LUSIGNAN, de re Cypri ſemine Nicoſia oriundus, theologiae doctor, Ordinis Praedicatorum ſocius, atque vicarius generalis epiſcopi Limiſſenſis ſ. Nemoſienſis, qui ad expugnationem Cypri per Turcas a. 1570. Poſtea Neapolim, deinde Bononiam petiit, ibique usque ad annum 1577 commoratus eſt; hoc tum anno in Galliam perrexit, Pariſiisque in monaſterio Stephanus Luſignan.

naſterio S. Iacobi mortuus anno 1590. Varia S phanus reliquit ſcripta, hiſtoriam Cypri illuſtra tia, omnia hodie perrara; e quibus praecipue h ſpectat: *Corografia, e breve iſtoria univerſale d iſola di Cipro, dal tempo di Noë ſino all' anno 157* In Bologna 1573. 4. Cum vero auctor ipſe c ram operarum errores corrigendi gerere nequi Francogallice librum reddidit, eumque hac e graphe in lucem prodire iuſſit: *Hiſtoire gene des Royaumes de Jeruſalem, Chypre, Arméni lieux circonvoiſins, par le R. P. F.* ETIENNE LUSIGNAN, *de la royale maiſon de Chypre.* à ris 1579. 4. ibid. 1613. 4. — Stilo aſpero et condito permulta narrat auctor, quae ignoran hiſtoriae antiquae ac credulitatem ingentem dunt. Probe tamen illo uti poſſumus, ubi h riam regum e gente Luſignana ex chartis ant busque vetuſtis, hodie forte deperditis, *) tra Utilia quoque ſunt capita, quibus de familiis, o in Cypria florentibus, agitur. Iisdem vitiis labo alius eiusdem auctoris liber: *Raccolta di cin diſcorſi, intitolati* corone, *per comprender in ſe co appartenenti a gran Rè et a Principi. Nella pri delle quali ſi tratta dell' origine del Regno di Fran Nella ſeconda, come un Rè di Francia debbia eſſ Imperator Romano, e diſtruttor della ſetta di Ma metani. Nella terza della Nobilità di Hieruſale Nella quarta de' Rè et Imperatori del mondo, co nizati per ſanti. Nella quinta, di una chronolog univerſale ridotta ſotto il Dominio di Pianeti.* Padoa

*) Quo tamen non referenda BUSTRONII, Nobilis C prii, ſaeculo XV florentis, hiſtoria Cypri, inde a mo Ioannis II regis usque ad occupationem inſulae per V netos. Eam enim manu ſcriptam hodie in Italia ſupe eſſe, teſtatur *I. F. le Bret* in *Magazin zum Gebrauch der St ten- und Kirchengeſchichte* T. V. p. 426.

1577. 4. Tamen varia inſunt, quae hi-
Hieroſolymae et Cypri medii aevi illuſtra-
ſint. Alius eiusdem liber hodie rariſſimus
ribitur: *Les droits, auctoritez et prérogatives,*
tendent au Royaume de Hieruſalem les Princes
uent ſpirituels et temporels cy-après nommez:
e, Patriarche, Empereur, Rois de France,
operae pretium, arcent. Olim aliter erant
nparatae. Sed poſtquam Burmannus, ἄμικ-
ſ et terribile numen Hollandiae, regimen
eius bibliothecae, damnati ſunt manuſcripti
petuis carceribus, et murium dentibus.
te, qui longe aliter meritus ſui de iſta bi-
ı (nam pulchrum ordinem, quo nunc di-
mparet, mihi debet) ego inquam, fuiſſet
rara humanitate et indultu celeberrimi
ſii, vacuus et ſpe votisque meis deluſus
ſceſſiſſem. Et vel ſic tamen furtim fere
mque mihi corraſi qualemcunque meum
m codicum Arabicorum. Inde fit, ut mul-
s, qui bonum aliquid in fronte promit-
xaminare et agnoſcere non potuerim.
parcus ero et brevis in commendandis
orientalem hiſtoriam ſpectantibus, quos
poſſideo, neque vidi.

os pertinent illi fere omnes, quos Abul-
raefatione ad hiſtoriam ſuam, quam ſupra

exhibuimus, laudat. Ut et illi, quos passim ci
in ipso suo opere historico. Nec non illi, qu
ad Geographiam suam laudat. Quorum equid
omnium indices huc possem apponere, a me c
fectos, malo tamen ipsi eorum librorum editi
reservare. Pertinent huc libri, historici, geog
phici etc., qui in Catalogo Bibliothecae Leide
a pag. 477. usque ad p. 487. recensentur.
sunt ibi mala mixta bonis; neque satis mala a
nis distinguas, aut inde discas verum cuique s
pretium statuere. Multa quoque graviter in
peccata deprehendi. Sed non poterat aliter.
tanti librorum farragine, et tanta linguarum di
partis, forte quoque magnis in temporum an
stis, quando non licuit singula per otium ex
tere, legere et relegere, et tandem in tanta ar
mentorum diversitate, non potuit vir doctus, e
catalogi auctor et digestor (orientalis dico), qu
coniicio supra laudatum I. Heymannum fuisse, n
labi. Palmam tamen omnibus editis hactenus h
in argumento catalogis hic praeripit. Rec
enim editus Bibliothecae Regiae Parisinae cata
gus ab homine harum literarum prorsus imper
fuit consarcinatus. Dolendum, miserabiles fa
nugas chartam typosque tam splendidos invenu
Percurram itaque strictim Catalogi Leidensis libr
historicos et geographicos, et recensioni me
iudicium subiungam. Sciendum autem quod o
dices huius bibliothecae dispositi sint, non secu
dum numeros, quo in catalogo recensentur, s
secundum numeros cuivis libro subiectos, ut e.
Geographia Abilfedae, quae p. 477. n. 1700. re
censetur, non est volumen millesimum septinge
tesimum, tot enim libros orientales manuscripto
Leidae non habent: sed est volumen 57. ut nume
rus subiectus indicat. Et ita de caeteris.

Nume

umerus itaque 1701. (ſeu volumen centeſi-
quinquageſimum octavum) Charidat ol
ebi, eſt liber vetus et interdum citatur a Geo-
o Nubienſe. Iudicare de illo non poſſum.
t eius particula in bibliotheca Senatus Lip-
ſ.

703. Iacuti Hamateni liber magni momenti,
citatur ab Abulfeda; ut et qui num. 1705.
r. Ibn Haukal n. 1704. pariter eſt auctor
mphus capitalis. Sed n. 1706. Zamachſcharii
on Geographicum eſt nullius momenti, parvi-
ſus liber. Non enim continet niſi nuda vi-
et obſcurorum Arabiae pagorum nomina,
paſſim apud poetas occurrunt. Praeterea
ne ſcriptus. Eum olim in iuventute ſua,
n ſtudiis his operam daret, deſcripſit vir cla-
us, Abrahamus Gronovius, bibliothecae Lei-
s praefectus; ſuumque mihi apographum
unicavit; unde quaedam exſcripſi. Sed ope-
eduit. Et hinc agnovi librum, quem olim,
entia nondum doctus, magni faciebam.

1708. 1709 et 1710. videntur bonae notae
ſe. D'Herbelot al Kazwinenſis operum
phicorum cum laude meminit.

1711. Macrizius de valle Hadhramaut eſt
uloſus. De ſequentibus non audeo meum
n interponere.

1727. Ibn Schehnah hiſtoria eſt liber, de
n ſupra dixi. Codex hic vetuſtus eſt et
notae.

1728. Schuthaibius male appellatur, pro
bius, aut Schathibenſis, aut Xativenſis. Eſt
rvi momenti, male ſcriptus, charactere
o. Compendium al Maſudii.

729. Ibn Amid Chriſtiani hiſtoria ab O. C.
d Imperatorem Heraclium, eſt eiusdem

auctoris, qui vulgo nobis Elmacini nomine c
bratur, et eſt prior quaſi tomus eius libri, cu
ſi placet, ſecundum tomum appellare poteris
ſtoriam ſic dictam Saracenicam ab Erpenio edi
Hottingerus ex hoc codice multa in Smegm
ſuo prodidit.

N. 1730. Abu 'l Haſan Ali ben Hoſain
graphia et hiſtoria univerſalis orientalis. Sic
obſcure deſignatur hic liber, quem, niſi deprel
derem ex Arabica inſcriptione addita, fere
noſſem quis ſit. Ibi autem video Morug
Dzahabi eſſe, ſeu prata aurea. Unde apparet
eſſe vulgo celebratum al Maſudium. Conf. N. 1
Incedebat aliquando me cupiditas, viri tam
bris opus mihi comparandi. Et deſcribere q
dam incepi. Sed brevi deſtiti. Mihi certe non
cuit. Obſcurus admodum et fabuloſus eſt.
ſaepe mihi contigit, ut, magiſtrorum defectu,
me monerent, quid bonum, quid minus ſit,
poris et operae cum iactura rectum videre
congruum de rebus ferre iudicium didicerim.

N. 1733. ſcilicet Arabſchiadae, celebris
ſcriptoris vitae Timuricae, liber alter ine
male huc relatus eſt. Non enim continet hiſt
ſed fabulas orientales. Potius ad apologos
net, quales ſunt Bilpai, Stefanites et Ichne
Moſchel Kadmoni etc. Librum hunc ſibi L
deſcripſit meus ibi quondam amicus vir Pl. F
rendus et Eruditiſſimus, Iacobus Kocher, Be
in patria V. D. M. vir ut aliarum OO. LL
etiam Kopticae perquam peritus, ut ſpecime
de voce Knef, Miſcellaneis criticis Amſteloda
ſibus inſertum, monſtrat.

N. 1741. Nebaketaei hiſtoria, Perſice ſc
laudem mereatur nec ne, neſcio, cum qui
inſpexi, tum quia Perſice prorſus non int

V

Videtur idem cum Binaktaeo D'Herbeloti esse. N. 1742. est celeber ille a Pocokio editus Abulfagius. N. 1743. Abulfedae historicum opus sat am celebre est et a nobis supra fuit descriptum. N. 1746. Baidafii historia Persica est eadem cum lla Baidawii, cuius particulam Andr. Mullerus Berolini an. 1677. Persice et Latine edidit. Vid. ibi . 2. notarum.

N. 1747. est Hamzah Isfahanensis, de quo iam upra dixi. N. 1750. est ille, de quo iam supra monui, quod sit excerptum ex el Gjuzii speculo emporum. Conditori catalogi Bibliopegus obfuerat, qui titulum libri munda charta oblimaverat; qua remota libri inscriptionem detexi. Sequentes libri de historia Persica et Indico-Mogalica commendandi sunt ideo studiosis et peritis Persicae linguae, quod non adeo multa neque certa de hisce rebus novimus.

N. 1768. non est talis liber, qualis fertur. Sed, t ex cursoria inspectione intellexi, alia omnia ontinet. De n. 1770. id est Ibn Doraid Lexico tymologico-genealogico supra dixi. Vitium odo hic animadvertam, quod catalogi auctori brepsit. Dicit ab hoc philologo decem priorum uhammedis califarum seu successorum vitam deribi. Atqui Muhammed non habuit decem Chaas. Decem illi, ol Oschrah, seu decuria dicti, verfi sunt ab al Chalifis, referuntque duodecim hristi discipulos, ut rem exemplo illustrem, uemadmodum os Sahabah seu Muhammedis ραψεῖα sub imagine 72. discipulorum Christi potest raesentari.

N. 1772. perperam relatus fuit inter scriptores rum Arabicarum. Aut non satis exercitato in storia orientali, aut nimis festinanti auctori huius talogi vitium scripturae imposuit, quod aut in

codicis titulo inveniebat, aut ſaltim ſibi viſus f
inveniſſe. Certe non exhibet titulum, ut inver
ſed ex ingenio ſuo concinnatum. Pro voce ﻳ
tantum (unde credidit hunc librum res Arabiae
licis tradere) legere debuerat, et procul dubio
bebat ſuo libro يمين الدولة *Jamin od Dau*
Adeoque pro verbis *regis Arabiae felicis* repone
ſunt haec: regis *Jaminoddaulah Abi 'l Caſem M*
mud etc. et pertinet hic liber non ad res Ara
felicis, quam certe ille Mahmud nunquam oc
vidit, ſed ad res Gaznae et Indiae. Vid. D'H
belot p. 533. Poſt haec a me iam dudum ſcri
incido in locum memorabilem in Hiſtoria Tim
beki III. p. 132. qui haec luculenter confir
Legitur ibi ſic. *Abn Nair* (lege Abu Naſir)
a rapporté dans ſon livre appellé Temini: et in
Petiſi de la Croix: *Temini, hiſtoire celebre du*
tan Mahmud Sebukteghin aux Indes (forte leg
et de ſes expeditions aux Indes). Appellatus
hic liber Jemini, a Jemin oddaulah, principe,
dedicatus fuit liber, et cuius res geſtas expo
Qui mos eſt orientalium. Conf. Arabſchia
p. 157. et Raudh p. 52. ubi Otabi, Otabenſis,
Otbi aut Otbenſis ſcribendum et pronunciand
eſſe tradit.

De N. 1773. ſeu Ibn Kotaibah iam ſupra
N. 1777 et 1792. id eſt Sojuthenſis de hiſt
Aegypti videtur non contemnendus liber eſſe.
N. 1779. 1780. et 1801. et 1888. id eſt operi
Wakidaei parum magnifice ſentio. Eſt quic
ſcriptor antiquiſſimus bellorum et victoriar
quibus primi Moslemi ſuam fidem Syriae et
gypto obtruſerunt; ideoque laudatur et magni
Mihi vero diſplicuit ob ſuperſtitioſas et fabul
multas relationes; mirorque, quare Simon Ol
magi

huius auctoris partem voluerit in hiſto-
a Saracenicam transferre. Potuerat ille
hinc didiciſſe, plura exiſtere in Europa
a tam ſibi amati auctoris, quam credebat.
agis mirum, quod Petis de la Croix to-
inaverit dignum interpretatione, quam
vit, Gallica.

. 1782. ſeu Macrizii hiſtoria Aegypti con-
d in ſuo genere ſit praeſtantiſſimus, ex
de Maillet et Maſcrier deſcriptio Aegypti
it. Neque male videtur n. 1787. ſeu Ibn
jelah hiſtoria naturalis Aegypti. N. 1734.
ubio parvum quidem, et curioſum eſt
m, quis ille Karmathita ſit, id eſt quotus
, et quo nomine appellatus, et quis ille
l Mumenice Aegypti, ſcire velim. Sed
rticularis eſt haec hiſtoria.

ntes quinque libri boni videntur et cu-
ſtoriam Saracenorum in Africa et Hiſpania
s. Quae vero cuiusque dos, et quis eo-
o praeſtantior, dicere non valeo, ut qui
minavi.

oo. eſt ille cothurnatus belli ſacri Fran-
um Saladino ſcriptor, cuius ſpecimina
celeb. Schultens edidit. N. 1803. vide-
i aut Amadeddini Zenkii, aut eius filii
i, complecti. Quare autem auctor in
it *res utriusque dynaſtiae*, non perſpicio,
uno volumine Nureddini, altero Sala-
geſtas expoſuerit, quorum ille princeps
Atabekicae, hic Ejubicae, erat.

04. pars hiſtoriae orientalis, dictae ſpe-
mporum, prodit eſſe el Gjuzii, auctoris
idem qui N. 1908. ſcripſit. N. 1806. quid
empe Ibn Ajas annales dynaſtiae mamlu-
Circaſſorum in Aegypto, non dixerim.

Operae" pretium interim eſt, quod auctor h
catalogi foedo errore Circaſſos et Saracenos
dem eſſe putaverit. Atqui Saraceni non ſunt
Arabes. Inde quoque corrigendum n. 180
pro *hiſtoria Saracenica* ſcribendum *hiſtoria Tu*
Ibn Habibi. Hunc auctorem laudat Petis d
Croix indice auctorum ad Genkizchani vi
N. 1808. Dzahabaeus eſt bonus auctor, ut
ſupra dixi. Sed nequit integer eſſe; ut qui
decim volumina implet. Forte compendium
Conf. n. 1816. N. 1818. a celeberrimo Schulte
editus eſt, ſcriptor vitae Saladini, et ab eo
notatus error, quo auctor catalogi titulum et
men Saladini pro nomine ſcriptoris accepit.

N. 1824. ſeu Mirchond eſt ſcriptor iam
nos celeberrimus. Iudicium de Chondemirc
D'Herb. p. 203. b. Cuius quaedam Texeira H
nice dedit, et ex eo Anglice aliquis Stevens L
1714. Quem Anglicum librum, neſcio qua
tuna, quod doleo, perdidi. Qui p. 483. b. re
ſentur libri, ab argumento ſuo ſe commen
Quibus vero excutere eos licet, illi de cuius
meritis viderint.

N. 1843. eſt ille celeber primordiorum im
Turcici ſcriptor Saadoddin, cuius partem Bra
edidit Italice. N. 1857. eſt philoſophus aut
dactus ab Ed. Pocokio editus et in multas E
paeas dialectos converſus.

N. 1858. eſt celeber ille Ibn Chalekan, qui
D'Herbelotum et Pocokium noſtris hominibus
ſatis innotuit. Sed immerito ad ſcriptores h
riae literariae refertur. Narrat omnino vitas
ditorum apud Muhammedanos hominum.
non eas ſolas; verum ad inſtar Bibliotheca
Herbeloti aut Dictionarii Bayliani aliorum qu

pl

incipum virorum armis et potentia illuſtrium res ſtas exponit ordine alphabetico.

N. 1860. Ibn Sebeki liber ſic deſcribitur, ut ſiderium mihi moverit eius inſpiciendi. Et eſt er certe cura dignus, qui praeclara multa hiſto- e literariae monumenta continet. Opinione men inferiorem eum deprehendi. Non enim hi- riam ſectarum omnium Muhammedicarum con- et, ut titulus latinus praedicat, ſed ſolos theo- gos ſectae Schafiei, quos inter non poſſunt non le multa obſcura et parum memorabilia nomina. emadmodum talium librorum natura fert, ut quis theologos Saxoniae, aut alterius cuiusdam rovinciae recenſere velit, non poteſt humiles ultos et parum de literis meritos homines non idere.

N. 1861. Keſſaei hiſtoria prophetarum, liber ibuloſus ex Hottingeri Smegmate et Relandi libris e religione Muhammedana ſatis notus eſt.

N. 1865. vitioſe, ut ſaepe, titulus exhibetur, mancus enim eſt, et pro verbis *Ali Ibn Ghazar- ai* legendum eſt *Ali Ibn Amarah*, *'l Ghazragaei.* ſt ille auctor, ex quo affert Abulfeda, quae de ebus Arabiae felicis annotat.

N. 1869. et 1870. notandi ſunt. Multum enim tereſt, noſſe rectam nominis cuiusque ſcriptio- em, quum linguae Arabicae ſcriptio plus quam lius cuiuscunque linguae erroribus librariorum obnoxia ſit. Neceſſarium quoque, noſſe ſingulo- um ethnicorum et patronymicorum rationem. Ea vero tradunt hi duo libri.

N. 1872. aliud eſt quam in catalogo fertur. Iam ſupra de hoc libro, Rihan il Albabi, dixi, verumque eius argumentum indicavi. N. 1879. de ſolis grammaticis tractat.

N. 1904.

N. 1904. Ibn Haſscham de vita Muhammedis ex traditionibus Ibn Ishak, maxime commendatur a Muhammedanis, tanquam praecipuus et fide prae caeteris digniſſimus huius argumenti ſcriptor *). N. 1910. etiam vita Muhammedis eſt. Abu 'l Caſem enim eius eſt praenomen, quo ſolet a Muhammedanis interdum citari.

Patet hinc, bibliothecam iſtam Leidenſem optimis libris abunde inſtructam eſſe. Dolendum modo, quod poſſeſſorem non habeat, Warnerii ſimilem, aut potius poſſeſſores. Non enim ſufficit unus homo, tanto apparatui excutiendo. Dolendum, quod invidia et moroſitas quorundam malit hos theſauros muribus et tineis, quam doctorum uſibus permittere. Modo concederetur uſus, non dubito multos fore, qui uſuri ſint, quum hodie ſit in Belgio, qui literas has calleat, unus quantum ſcio, aut forte alter.

Conferri quoque debent caeterarum bibliothecarum catalogi, ut Bodlejanae, in qua Pocokiani praeſtant. Pariſinae, Florentinae, ab Evodio Aſſemano editus. Sed hi omnes prae Leidenſe macri et jejuni ſunt. Legendus quoque D'Herbelot paſſim, et praecipue v. *Tarikh;* et Hottingeri bibliotheca orientalis, donec prodierit Noſtri Hagji Chalifae bibliotheca. In genere tenendum, quod hiſtoriae univerſalis orientalis ſeu Muhammedanae hi boni ſint ſcriptores: Abulfeda, Dzahabaeus, ol Gjannabius, Kondemir, Nighareſtan, Lobb ot Tawarich, Ibn Chalekan, ol Gjuzi, Tarich ol Moagjgjam, Nitham ot Tawarich, Firdauſi, Hezarfen **).

SECTIO

*) Cf. I. B. Kochleri *Nachrichten von einigen Arab. Geſchichtſchreibern;* in *Repert.* l. c. P. II. p. 31.

**) Integro nomine *Huſtin Efendi Hezarfen, auteur moderne Turc*, qui ſcripſit hiſtoriam monarchiarum omnium Muhamme-

SECTIO I.

Scriptores de Arabia.

ter ABULFEDAE geographicum opus at-
OGRAPHIAM ſic dictam NUBIENSEM,
us *Reiskius* in *Prodidagmatibus* etc. nosque
ad eadem egimus, huc pertinet alius geo-
. Arabs celeberrimus, cui nomen SCHE-
DIN ABU ABDALLAH JAKUT IBN AB- Jukut.
H ALHAMVI. Plura itinera fecit, mor-
: eſt a. Heg. 646. ſ. anno Chr. 1249. Scripſit
e *Lexicon regionum* ſ. geographicum, maius
us. E maiore epitomen condidit SAFJOD- Safjoddin.
ABDALMUMEN IBN ABDILHAKKI. Nec
nec Safjoddini Lexica geographica typis ex-
ſunt, nosque hanc ob rem eorum mentio-
haud feciſſemus (quippe qui librorum typis
forum notitias tantum dare ſolemus), niſi
ultenſius multa loca ex Safjoddini epitome
be litterato communicaſſet, nimirum in
ographico in vitam Saladini ex Abulfeda et
o theſauri geographici Iacuti Hamatenſis
n partem concinnato et inſtructo. Qui index
imus lucem haud exiguam affundit et hi-
t geographiae, licet auctor multo plura
: potuiſſet, ſi aliis quoque ſubſidiis, quibus
ca Leidenſis abundat, uſus fuiſſet.
COEHLERS *Nachrichten von einigen Arab.*
ſchreibern l. c. T. II. p. 36 ſqq.
ELARDI ſ. ADELARDI, *Bathonienſis*, Mo- Athelar-
nedictini, qui ſaeculo duodecimo omnem dus.
n occidentalem, Aegyptum et Arabiam
pera-

nedanarum, quam Petis de la Croix, filius, Galli-
fecit, ut conſtat ex eius vita, quam filius eius Hi-
e Timuricae Schafareddini praefixit p. XXXVI. R.

peragravit, exſtat iter per Aegyptum et Arabia a. 1130 peractum Anglice redditum in *Richa Hackluyt* Navigations, voyages etc. Vol. II. P. I

Dapper. Diligenter, quae ante aetatem ſuam de Arab aliisque orientis terris ſcriptores occidentales p tiſſimum narrarunt, collegit OLFERT DAPPER opere ſequenti: *Naukeurige Beſchryving van Aſ behelſende de Geweſten van Meſopotamie, Babylon Aſſyrie, Anatolie, of klein Aſie: Beneffens een uc kome Beſchryving van gantſch Gelukkigh, Woeſt Petreeſis of ſteenigh Arabie. Vertookt in een bc digh optwerp van's Lants benamingen, bepaling verdeelingen, ſteden, vlekken, gewaſſen, dieren, den, en aert der inwoonders, beſtiering, geſchie niſſen en godsdienſt, inſonderheit die van d' oude A bieren, Mahomet en Mahometanen. Doorgaens v rykt met Landkaerten en afbeeldingen van de v naemſte Steden, drachten der inwoonders, dieren gewaſſen enz. Na't leven getekent en in't Koper ſneden. Getrokken uyt verſcheide oude en nieu Schryv.* Rotterdam 1680. fol. Theotiſce a *Jo Chſtph. Beren.* Nürnb. 1681. fol.

Vitringa. CAMPEGIUS VITRINGA de deſerto Arabi Petraeae Iſraelitarum caſibus illuſtri; in *eiusd.* Ob ſacris (*Franequ.* 1708. 4.) p. 182—193.

Aſſemani. IOSEPHUS SIMONIUS ASSEMANI de Arab eiusque incolis agit in *Bibl. orientali Clementi Vaticana* T. III. P. II. p. 552—580.

Wesley. SAM. WESLEY Diſſertationes de Arabia P traea, deſerta et felici; in *eius* Diſſertatt. in libr Iobi (*Lond.* 1736. fol.) p. 171—190.

Eiusd. Periplus rubri maris ſ. Arabici fin *ibid.* p. 155 ſqq.

Huc quoque pertinent nonnulla itineraria, ſu (Vol. I. P. II. p. 74 ſqq.) recenſita, v. c. MARTI A BAUMGARTEN IN BREITENBACH, CHST FUE

fé, dreſſé ſur les obſervations de ceux, qui voyage. à Paris 1716. 12 mai. *à Amſterd.* mai. c. figg. aen. Anglice *Lond.* 1733. 8. . Theotiſce *Lipſ.* 1739. 8. c. figg. aen. — rium quatuor narrationibus abſolvitur. : maritimum a. 1708 e Gallia in Ara- ptum et duobus annis ſubſequentibus , deſcribit. *Secunda* eiusdem eſt argu- quidem a. 1711. 1712. 1713. eandem tierunt Francogalli. *Tertia* naturam mo- reſcendi ſabarum Arabicarum, quibus praeparationem potus calidioris, quam mus, explicat, nec non effigiem arbo- roveniunt, aeri inciſam exhibet. *Quarta* hiſtoriam de ortu et progreſſu laudati anat. Duo nimirum illa Francogallo- a, iſtud genus mercium comparandi, liae lucrum conciliandi cauſſa, fuerunt

t fait par ordre du Roi Louis XIV dans de la Ro-
t vers le Grand Emir, Chef des Arabes que ſ. d'
connus ſous le nom de Bedouins, ou d' Arvieux.

à Paris 1717. 12 mai. *à Rotterdam* 1717. 12
à Amſterdam 1718. 12. avec fig. *Anglice*, L
1724. 8. *Theotiſce*, Lipſ. 1740. 8. — Auctor
nerarii eſt LAURENTIUS D'ARVIEUX, rei n
catoriae Francogallorum Halebi degentium p
fectus, alibi a nobis iam laudatus: *la Roque* v
qui epiſtolam dedicatoriam ſubſcripſit, ſtilum
tum accommodavit.

Plaiſted. BARTHELEMY PLAISTED'S *Journal f*
Calcutta in Bengal by ſea to Buſſerah (Balſora) *f*
thence acroſs the great deſert to Aleppo. Lon
1758. 8. Francogallice hac epigraphe: *Itinér*
de l' Arabie déſerte, ou Lettres ſur un voyage de
ſora à Alep, par le grand et le petit déſert, fait
1750, par MM. PLAISTED et ELIOT, *trad*
de l' Anglois. à Paris 1759. 12 mai. — Praeter d
rium ſat ſterile, cuius inſcriptionem dedimus, in
etiam *Elioti* epiſtola, in qua rationem, qua i
per deſertum minus a Balſora verſus Bagdadum
Aleppum prudenter inſtitui poſſit, declarat. Ter
epiſtola ab anonymo ſcripta nonnulla de quibu
dam urbibus Bengalicis et de itinere a flu
Gange verſus regionem Tibetanam tradunt
cum tabula geographica, qua oſtia Gangis d
neantur. Ultima particula continet diarium W
bii de naufragio horribili, quod ad oras Afri
orientalis fecit. Anglus *Plaiſted* de Arabibus
adeo magnifice ſentit, ut *d' Arvieux* Francogal

Montagu. EDUARDI WORTHLEY MONTAGU Obſer
tiones ſuper ſinu Arabico et Arabia Petraea, A
glice ſcriptae, exſtant in *Philoſophical Transact*
T. LVI. a. 1767 edito. Deſertum maius, con
ſacro codice, peragravit.

Niebuhr. CARSTEN NIEBUHR *Beſchreibung von A*
bien; aus eigenen Beobachtungen und im Lande ſ
geſammleten Nachrichten abgefaſſet. Kopenha
17

mai. cum XXV figg. aen. *Francogallica* ab
› elaborata verſio, recognita quidem a
o, tamen aſpera, prodiit à *Coppenhagen*
cum iisdem figg. aen. Belgae typis repe-
anc verſionem (a. 1774.), ſed quoad vo-
rabica vitioſiſſime. Melior verſio *Fran-*
a *Deguigneſio* recognita et emendata, edita
779. II Voll. in 4. — Auctor huius ope-
antiſſimi ſocius fuit quatuor virorum do-
qui iuſſu ſumtibusque Friderici V, regis
in uſus litteraturae biblicae atque orien-
verſus Orientem, praecipue vero in Ara-
cem, a. 1762 inſtituerunt. Niebuhrius
erfuit et hucusque ſupereſt, cum quatuor
ocii mox poſt iter ſuſceptum morbis periiſ-
Jnus igitur ille non omnia, quae ſocietatis
nem ferire debebant *), obſervare atque
: potuit, quippe cui geographicae curae
cumbebant: tamen, ſociorum ope orba-
to plura indagavit litterisque conſignavit,
i demandata fuerant. Egregium profecto
: frugis pleniſſimum opus, e quo multa
: antea ignota aut minus recte ab aliis
et deſcripta diſcimus. Pruritus iſte, mul-
ria et incredibilia, portenta ac prodigia,
redendi atque narrandi, longiſſime abeſt
rio. Caute ſineque partium ſtudio tradit
obſer-

lio quidem ac auſpiciis *Ioannis Dav. Michaelis*, quî
onnullis collegis, profeſſoribus Goettingenſibus,
iſtos ad iter recte inſtituendum praeparaverat,
que quaeſtiones illis inquirendas propoſuerat, hac
he: *Fragen an eine Geſellſchaft gelehrter Männer, die*
rabien reiſen. Goettingen 1762. 8. Adiectae ſunt
ones, ab Academia inſcriptionum Pariſina iisdem
communicatae. Cf. *Hiſt. de l' Acad. des Inſcript.*
IX. p. 1 ſqq.

obſervationes ſuas, ideoque narrationibus ſumn
conciliat fidem. Bene diſtinguit, quae ipſe v
ab iis, quae tantum audivit. Opus ipſum dua
abſolvitur partibus. Altera de Arabia in uni
ſum agit, altera de ſingulis Arabiae regioni
Et illa quidem fiſtit primum fines rationem
phyſicam Arabiae, deinde Arabum nobilitat
religionem, educationem, mores ritusque, v
circumciſionem, linguam et ſcripturam, erudi
nem, agriculturam; annexis obſervationibus r
nullis in hiſtoriam naturalem. Pars altera de
bit ſingulas Arabiae regiones, quaeque illis
pria ſunt, nimirum: terram Jemen eiusque p
vincias, terras Hadramaut et Oman, minores
naſtiae, nemini ſubiectae in ſinu Perſico et pr
eundem, terras Lachſa ſeu Hadsjar, Nedsjed
Hedsjar. Sinus cum Perſicus tum Arabicus lit
raque eorum multo maiore cum cura ac inte
gentia, quam alibi, deſcribuntur tabulisque ge
graphicis delineantur. Beduinorum ſive Arabu
Scenitarum mores egregie pinguntur, aeque
loca deſerta circa montem Sinai.

Cf. GATTERERS *hiſt. Journal* P. III. p. 1—64.
Goetting. gel. Anzeigen a. 1773. p. 457—471. 51
518.
BUESCHINGS *wöchentl. Nachr.* a. 1773. p. 1 ſqq.
ſqq. 149 ſqq.

Eiusdem *Reiſebeſchreibung nach Arabien und*
dern umliegenden Ländern. Erſter Band. Kopen
gen 1774. cum figg. aen. LXXII. — Zwey
Band. *ebend.* 1778. cum figg. aen. LII. 4 mai.
Non omnia, multa tamen, ut vel titulus mo
ad cognitionem Arabiae pertinent. Variae ſcili
obſervationes, quae in opere ſuperiore, maxim
partem geographico, locum aptum obtinere h
potuerunt, hic quaſi ſupplementi vice tradita

auctore peritiſſimo. Hoc ſine illo, praecipue ꝓter tabulas geographicas, ſi Arabiam ſpectes, ntem praebet imminutam. Volumen primum riam itineris per Aegyptum et Arabiam usque ſulam Bombay ſiſtit. Deſcriptio igitur Ae- et Arabiae potiſſimum ineſt; et Arabiae qui- a p. 255 usque ad p. 450. Eadem circum- nis et ἀκριβείας laus, praeſertim in rebus phicis, quae opus ſuperius magnopere com- , huic etiam ſummo iure tribuenda. Multo aditus ad regiones iſtas nunc patet peregri- s, auctorque aeſtumatiſſimus de re geogra- orientali ac de humani generis cognitione ore immortaliter meritus eſt. — Epitomen poſterioris, cum tabulis duabus geographicis bus aliis figuris aeneis, invenies in col- one itinerariorum Berolinenſi Theotiſca, ſae- a *nobis* memorata, T. XVII. p. 172 — 435. *XVIII.* p. 1 — 224. T. XIX et XX. Alia epi- exſtat volumine primo et ſecundo operis ſic ipti: *Reiſen und Beobachtungen durch Aegyp- und Arabien, aus den groſſen Werken verſchie- r gelehrten Reiſenden.* Bern und Winterthur et 1781. 8 mai. cum figg. aen.

GATTERERS *hiſt. Journal* P. III. p. 65 — 124. P. XII. p. 275 — 286. P. XV. p. 261 — 282. *ttting. gel. Anzeigen* a. 1774. p. 914 — 920. a. 1778. *Zugabe* p. 449 — 456.

MICHAELIS *oriental. Bibl.* P. IV. p. 64 — 127. P. VII. p. 1 — 54. 174 ſqq. P. VIII. p. 1 — 6.

BESCHINGS *wöchentl. Nachr.* a. 1774. p. 116 ſqq. 124 ſqq. a. 1775. p. 115 ſqq. a. 1778. p. 19 ſqq. 27 ſqq. 111 ſqq. 117 ſqq. 121 ſqq. 159 ſqq.

A Series of Adventures in the courſe of a Voya- up the Red-Sea on the Coaſts of Arabia and pt; and of a Route through the Deſarts of The- , hitherto unknown to the European Traveller,

in the year 1777. in Letters to a Lady, by EY IRWIN, *Esq. in the ſervice of the hon. the I India Company; illuſtrated with Maps and C The ſecond Edition.* London 1780. 4 mai. Eo anno etiam editio prima prodierat. — Theo (a *I. A. Engelbrecht*) *Lipſ.* 1781. 8 mai. — C graphia parum incrementi ex hoc diario ca (mappae adeo geographicae, quibus littus ſi Arabici ſeptentrionale atque Nili Delta reprae tantur, nihil novi offerunt, ſed ex opere Niet riano modo recenſito deſumtae ſunt, ſine h mentione, adeoque corrupte); maior etiam pars ad Aegyptum, minor ad Arabiam ſpe cuius poſterioris incolae eorumque mores penicillo pinguntur. Caeterum auctor narra fatorum ſuorum non eſt iniucundus. *Niebuh* ipſe (in *Teutſchen Muſeo* a. 1781. Decemb. p. 4 ubi usque ad p. 499 Irwini itinerarium ſub exan vocat) fatetur, ſe ex huius libri lectione voluptat cepiſſe. Idem, rei mercatoriae huius itineris ſcriptionem profuturam eſſe, affirmat, additq ante Irwinum neminem Europaeorum iter i tuiſſe inde a portu Koſsir verſus Nilum, inde in Aegyptum inferiorem. Ea igitur libri pars qua regio iſta deſcribitur, emolumento eſt geo phiae. Quae Niebuhrius ibid. p. 497 ſqq. de baeis ſive Chriſtianis St. Ioannis, circa Baſram tiſſimum degentibus, narrat, conferenda ſunt monitis in *I. D. Michaelis oriental. Bibl.* P. p. 3 ſqq. et p. 149 ſqq.

Cf. *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1780. p. 963—97
I. D. MICHAELIS *oriental. Bibl.* P. XVI. p. 20—
Allgem. teut. Bibl. T. XLVIII. p. 495—502.
MEUSELS *hiſtor. Litteratur* a. 1781. Octob. p. 2
303.

Travels to the Coaſt of Arabia felix, and from Rooke.
ce by the Red-Sea and Egypt to Europe — in
ries of Letters by HENRY ROOKE, *Esq. late*
jor of the 100. Regiment of foot. London 1783.
ai. — Epiſtolis XIII auctor fata itineris lon-
gi ita exponit, ut lectores facile alliciat, licet
um novi inde vix reportaturi ſint. Idem paene
is, quo Irwinus iter ſuum direxerat, tamen
r; coeptus quidem a. 1781, atque finitus
2.

Gotting. gel. Anzeigen a. 1784. p. 91 ſqq.
Hi adde, ſi tanti videtur, deſcriptionem iti-
*fa*cti per deſertum Arabiae minus, notata
*ta*te ventorum ac tempeſtatis, itemque natu-
*co*rum, etc. in *Geſchichte der Empoerung des*
Bey, — *von Hrn.* SAVIOUR LUSIGNAN
ipz. 1784. 8.) p. 208 — 251. et IACOBI CAP-
*ta*s *Obſervations on the Paſſage to India through*
pt and acroſs the great Deſart. London 1783. 4.
man. in *Beyträge zur Völker- und Länder-*
k. — *von M. C. Sprengel. IV Th.* p. 183 ſqq.

SECTIO II.

RIPTORES DE HISTORIA ARABUM.

I. *Scriptores univerſales.*

bſt ABULFEDAE, MACINI aliorumque ope-
n Reiskii Prodidagmatibus et in notis ad illa,
ſita, nominandi ſunt ſcriptores ſequentes:
IBU DSCHAFAR MUHAMMED IBN DSCHO- Thabari.
RAL THABARI, theologus et iureconſultus
*bden*ſis inclytus († a. Chr. 922) compoſuit
tam univerſalem a condito telluris orbe usque
Chr. 914, cuius tamen pars potior exponit
tam Arabum aliorumque Muhammedanorum.

Macini hiſtoria epitome huius operis eſt usqu
annum iſtum. Duo operis volumina, secun
ſcilicet, Muhammedis hiſtoriam comprehend
tertiumque, de hiſtoria Arabica ac Perſica, in
bliotheca Leidenſi, n. 1737 et 1987, ſervan
ALB. SCHULTENS *Hiſtoriae imperii vetuſti*
Joktanidarum in Arabia felice ex hoc fonte inl
hiſtoriam interitus imperii Homeritarum in Ar
felice. Caeterum Thabari hiſtoria a populari
eius maxime laudatur. *Fidus fuit in allegation*
ſuis, eſtque hiſtoria ipſius hiſtoriarum veriſſima et
tiſſima, inquit *Ibn Chalikhan.*

Cf. I. B. KOEHLERS *Nachr. von einigen Arab.*
ſchichtſchr. in Repert. P. I. p. 69 ſqq.

Schultens. *Schultenſii* opus, modo memoratum, alia et
monimenta antiquiſſimae hiſtoriae Arabum co
net. Quae collectio quidem haud prorſus ad fi
perduci poterat ab auctore, quippe qui a. 175
immortuus eſt: proſtat tamen Lugduni Batavo
venalis, ſine titulo autem et praefatione.
factum, ut laudetur vel hac inſcriptione: *A. S*
tens hiſtoria imperii vetuſtiſſimi Joktanidaru
Arabia felice; vel iſta: *Monimenta antiquiſſima*
ſtoriae Arabum, ex editione et cum verſione L
Alberti Schultenſii, opus morte eius interru
Forma quadrante typis impreſſum continet
culas ſequentes: *Hiſtoria imperii vetuſtiſſimi J*
nidarum in Arabia felice ex Abulfeda p. 1 —
Hiſtoria i. vet. J. in A. f. ex Hamza Iſpah
p. 17 — 45. — ex *Nuweirio* p. 46 — 99. *H*
everſi imp. Jokt. in Ar. fel. ex Taberita p. 1
137. *Hiſt. everſi regni Jokt. in Ar. fel. ex M*
p. 139 — 159. Adiecta eſt *Hiſtoria diluvii E*
quo Sabaea everſa, p. 160 — 183. De argu
et utilitate harum ſectionum conſulendus eſt
Michaelis in *oriental. Bibl.* P. IV. p. 142 — 1

Alia eiusdem Schultenſii collectio hoc loco haud inepte laudari poterit. Carmina quidem ſolummodo inſunt, at maximam partem *hiſtorica*, notisque *hiſtoricis* ab editore illuſtrata. En titulum!

Monumenta vetuſtiora Arabiae, ſive ſpecimina quaedam illuſtria antiquae hiſtoriae et linguae. Ex variis Manuſcriptis Arabicis excerpſit et edidit ALBERTUS SCHULTENS. *Lugd. Bat.* 1740. 10 plagg. in 4.

Sunt autem XIV carmina, et ſingula non adeo longa. I. exhibetur carmen Principis GIORHAMIDAE, Salomonis aut Davidis aetatem attingentis, qui illud compoſuit, Mecca cum ſuis eiectus. Qua occaſione de *Giorhamidis*, *Joktanidis*, et *Iſmaëlitis*, ac ſimul de aede Meccana ſacra differit. *Nuweirii* quoque mentionem facit, e quo carmen hoc excerptum eſt. II. Aliud fragmentum carminis, ab eodem GIORHAMIDA conſcripti; et hanc laciniam editor tomo IV *Nuweirii* exſtare ait. III. Verſus multo antiquiſſimus, ex *Abulfeda* deſumtus, quem dixit decimus regum *Joktanidarum* in Arabia felice, cui nomen NOOMANO ALMONAPHIRO inditum fuit. Hoc verſu artem ſancit augendae ac retinendae in perpetuum dominationis. Aetas eius *Moſe* non inferior eſt, vel et ſuperior aliquanto. IV. Fragmentum carminis, ab ASAAD TOBBAO, ſive rege magno Homeiritarum, editi, ſeptingentis ante Muhammedem annis, cum veſtiviſſet *Caabam* praenobilem, ſeu templum Meccanum, pretioſis aulaeis, ac foribus aureis ornaſſet. Excerptum e libro *Kotboddini*, *Nabarwalienſis*, quo hiſtoriam templi Meccani breviter complectitur. V. Specimen *Homeiriticae* linguae et venae, quod in *Hamaſa*, veterum poëtarum anthologia, exſtat, in proelium aliquod, verſus *Homeiritas* factum. VI. Aliud carmen eiusdem temporis in idem

proelium. VII. Aliud eiusdem auctoris in eun
conflictum, ex *Hamaſa*. VIII. Aliud eiusdem t
poris in eundem caſum, quod ex Scholiaſte
maſae, *Taurizio*, illuſtrat editor, et nobilis A
bum ductoris, AL-ADBATI, ſpecimen ſenten
ſum ex Tomo III *Nuweirii* ſubiungit. IX. Ve
culi, dicti a ſecundo Hirenſium rege, GIODE
EL-ABRASCH, quibus ſororem *Rikaſch*, ſur
compreſſam, perſtringit. X. Verſiculi, dicti
AZZEBBAA, regina, quae *Giodaimam* e medio ſ
tulit. XI. Fragmentum carminis, ad *Noom*
El-Awari ſeu Luſoi, decimi Hirenſium regis,
tatem pertinens, quod in ſuam baculi pulſatione
quam explicat, dixit, ex *Taurizio* illuſtratu
XII. Inſignes verſus, quos panxit Arabice BI
RAM GIAUR, rex Perſiae. Fragmentum primu
cum viciſſet *Chakanum*, eumque occidiſſet. Fr
mentum ſecundum, cum brevi acceſſione, i
ſtrandis num. XI et XII ſubſerviente. XIII. C
men, dictum ab ABU ADINA, cum *Alaswad*
Mondari filium, duodecimum Hirenſium rege
incitaret ad captivos principes *Gaſſanidas* inte
ciendos, ubi de *Gaſſanidis* nonnulla obſervat
tor. XIV. Carmina antiquiſſima, in Arabia fe
inventa, ſuper marmoribus arcium dirutarum,
tractu littoris Hadramateni, prope emporium *A*
Carmen primum et ſecundum, ex opere *Geo*
phico-hiſtorico, quod allegat, excerptum, quo
tae genus hanc arcem inhabitantium deſcribi
In notis varia hiſtoriae ac geographiae Arab
argumenta explicantur. Sic p. 6 agitur de d
bus montibus prope Meccam, *Hagioun* et *Tzaf*
p. 8 de *Himjaritis* vel *Homeiritis*, Arabiae fe
ſefſoribus, vulgo *Sabaeis;* p. 17 de *dzu Jaz*
rege Homeritarum, et Jazaniticis haſtis. Prove
etiam varia, quibus Arabes abundant, explicat

edis annus nativitatis, usque ad a. 1303, ıperium Osmanorum ortum, primum, quan- ıdagaſſe datur, prodiit a. 1550, et quidem latum curatius, auctumque usque ad eun- unnum a *Georgio Fabricio*. Secunda editio : inter tomos Chronicorum Turcicorum a *Clauſero* editos *Baſil.* 1556. Tertia *Francof.* fol. cum Curionis libro, ſtatim indicando. ta *Baſil.* 1578. 8. Quinta ſtudio *Ioan. Roſini*, ppendicem ad ſua usque tempora ſubiunxit, 1594. 8. Sexta rurſus cum Hiſtor. Saracen. nis, *Francof.* 1596. fol. Septima *Ioan. Gual-* . *Iani Gruteri* Chronico Chronicorum in- *Francof.* 1614. 8. (Cf. de hoc opere Bibl. m Vol. I. P. I. p. 113 ſqq.) Octava ſub titulo ıe Arabum recuſa, quam *Io. Ianſonius Am-* 1633. 12. emiſit. Nona, eaque recentiſſima, ıigraphe: Chronicon Saracenicum et Tur- WOLFGANGI DRECHSLERI, a GEORG. CIO et IOANNE ROSINO emendatum au- ue; huic in libros quatuor et capita diviſo atque ſupplementa tum hiſtorica tum chro- ca ex Arabicis Perſicis Turcicisque ſcri-

perio Turcico, ob raritatem exemplarium d
excuſa. Lipſ. 1689. 8. — *Theotiſce* a *Nic.*
nigero cum Curione *Baſil.* 1580. fol. — Bre
haud ubivis ſatis accurate, notata ſunt men
bilia, additis in margine annis Hegirae et poſt
Chr. Continuationes ampliores ſunt Drech
plagulis, praeſertim recentior hiſtoria.

Curio. CAELII AUGUSTINI CURIONIS (*Phil*
Baſileenſis † 1567) Sarracenicae hiſtoriae libri
in quibus Sarracenorum, Turcarum, Aegyti
tanorum, Mamalucarum, Aſſaſſinorum, Tart
rum, Sophianorumque, qui in Perſide regn
origines et incrementa, ſeptingentorumque an
rum res ab illis geſtae, breviſſime explicantur.
acceſſit WOLFGANGI DRECHSLERI, rerum S
racenicarum Turcicarumque chronicon, auct
et ad annum M.D.LXVII usque perductum. C
rerum et verborum in hisce praecipue mem
bilium copioſo indice. Omnia ab erroribus
numeris nunc primum vindicata, et concor
tiis in margine illuſtrata. *Francof. ad Moen.* 156
De editione prima *Baſil.* 1567. fol. apud biblio
phos, quos conſulere licuit, altum ſilentium.
diit etiam *Francof. ad Moen.* 1596. fol., qua edit
Drechsleri Chronicon emendatum et auctu
Georgio Fabricio et *Ioanne Roſino*, itemque
Auguſtini Curionis Marochenſis regni in Mau
nia deſcriptio atque CAELII SECUNDI CU
NIS de bello Melitenſi a Turcis geſto hi
nova, comparet. — *Nicolai Hoenigeri* verſio
tiſca prodiit *Baſil.* 1580. fol. — *Curio* hanc h
riam totam, breviſſime comprehenſam, et cu
Graecorum Byzantinorumque et Latinorum
minibus, tum ex Arabum Maurorumque an
bus collectam, in tres libros partitus eſt; fic
primus Muhammedis et Saracenorum origi
imp

periique incrementa, ad ſummum usque faſti-
m, per ducentorum annorum ſpatium conti-
ut; *ſecundus*, a prima eius inclinatione ad eius-
n excidii initium, totidem annorum ſpatio;
tius, excidium ipſum ac Turcici imperii origi-
m ad Osmanum usque, trecentorum videlicet
norum res geſtas complectatur. Ita ut haec
nis hiſtoria ab a. poſt Chr. nat. DLX, quo na-
i eſt Muhammedes, ad MCCC perveniat. Prae-
it caeterum, quantum pro penuria fontium
ientalium potuit, ſtiloque uſus eſt ſatis probabili.

IOH. HENRICI HOTTINGERI, Tigurini, Hottinger.
eologi, *hiſtorici et philologi eximii*, *mox Tigu-*
i, *mox Heidelbergenſis*, *mox iterum Tigurini*
1667.) Hiſtoria orientalis: quae, ex variis Orien-
lium monumentis collecta, agit I. de *Muham-*
ediſmo, eiusque cauſſis tum procreantibus, tum
onſervantibus; inprimis de Muhammede, eius
aioribus, parentibus, patria, nativitate, educa-
ne, pſeudoprophetia, aemulis, dogmatibus, He-
ra, ſucceſſoribus, morte. II. De *Saraceniſmo*,
u religione veterum Arabum. III. De *Chal-*
iſmo, ſeu ſuperſtitione Nabataeorum, Chaldaeo-
m, Charranaeorum etc. IV. De *ſtatu Chriſtia-*
rum et *Iudaeorum* tempore orti et nati Muham-
ediſmi. V. De *variis* inter ipſos Muhammeda-
s, circa religionis dogmata et adminiſtrationem,
tentiis, *ſchiſmatis* et *haereſibus* excitatis. VI. Ac-
ſſit, ex occaſione genealogiae Muhammedis,
enior illuſtratio *Taarich Bene Adam*, qua ex ipſis
rabum ſcriptis vita et res geſtae Prophetarum,
triarcharum, quorundam etiam Apoſtolorum,
gum Perſiae, aliorumque ab Adamo ad Mu-
mmedis usque natales in orbe degentium et re-
ntium, explicantur. *Tiguri* 1651. 4. Editio
ctior, atque, ut auctor ipſe in fronte libri notat,
chara-

charactere Orientali nunc primum veſtita, 1660. 4. — Omnia, quae libri titulus pron ſingulari diligentia et eruditione, ordine ve dilectu paſſim neglectis, expoſita ſunt.

Ockley. SIMON OCKLEY'S, *M. A. Vicar of Swa in Cambridgeshire* (poſtea Profeſſor linguae A cae Cantabrigienſis † .....) *Conqueſt of S Perſia et Egypt by the Saracens: containing th ves of Abubeker, Omar, and Othman, the i diate Succeſſors of Mahomet. Giving an accou their moſt remarkable Battles, Sieges etc. particu thoſe of Aleppo, Antioch, Damaſcus, Alexan and Jeruſalem. Illuſtrating the Religion, L Cuſtoms et Manner of living of that warlike P Collected from the moſt authentick Authors, eſpe Manuſcripts, not hitherto published in any E pean Language.* London 1708. — Volume *ibid.* 1718. 8. Nova editio prodiit *ibid.* 1 II Voll. in 8. *Theotiſce* a *Theodoro Arnold. Li* und *Altona.* 1745. II Partes in 8. *Francog* a *Jault*, Profeſſore linguae Syriacae Pari *à Paris* 1748. II Voll. in 12 mai. *Belgice* .... Opus, ex ſententia *Reiskii* *), ſummo iudicio conſcriptum: quamvis enim auctor Abulfe quoque in iis auctoribus laudet, quibus ſe uſum fitetur, parum tamen illi ſe familiarem eo pr quod Herbelotium et Gravium, prava de Ab dae aetate perhibentes, quae pro illis recte v que a Pocokio traditis nonnulli arripuerunt, ſ tus eſt. — Codices manu ſcripti, quibus An uſus eſt, Oxonii in bibliotheca Bodlejana a vantur. Per omnem fere primam partem ſe tur opus hiſtorici Arabici, OL WAKIDI, de Sy expugnationibus, plenum fabularum anilium di

*) In praefatione ad eius verſionem Latinam Abull Annal. Moslem. p. IV.

mque. Teſtimonia ſcriptorum negligenter
gine ſunt notata. Verſio Francogallica mi-
ſtricta eſt: auctor potius loca contextus
ope ſcriptorum Arabicorum, quos biblio-
regia Pariſienſis offerebat, emendavit et di-
sit, varias inſuper annotationes in margine
t. Multa quoque loca, minus ſibi arriden-
ſit. Quid? quod Muhammedis vitam, ex
is auctoribus, ut ipſe affirmat, hauſtam, de-
t, eamque volumini primo paginis CIII
ſit.

Zuverläſſige Nachrichten von dem Zuſtande der P. CVI. p. 735 — 763. Haec cenſura critica
Leipzig profecta nobis videtur.

Hiſtoire des Arabes ſous le gouvernement des Ca- Marigny.
Par M. l'Abbé (AUGIER) DE MARIGNY
1762). *à Paris* 1750. IV Voll. in 12mai.
ſche (a *Gotthold Ephraim Leſſing*) Berolini
1754. III Partes in 8. *Anglice* Londini 1758.
Vol. in 8. — Laudanda quidem auctoris vo-
s, qui, cum hiſtoriam Romanam a *Rollino*
tam, et ab aliis continuatam, placere avide-
legi noſſet, Arabumque res memoria omnino
e eſſe cognoviſſet, conſilium cepit, de illis
do, quo illi de Romanis fecerant, breviter
ndi. Sed levem profecto oportet eſſe ac ſui
dentem, qui de rebus Arabum differere, ſer-
rmorumque, quibus ea gens utitur, ignarus,
. Si hiſtoriae rerum geſtarum condendae
t narratio facilis et lepida, quae ignavis et
a de veritate ſollicitis tempus fallat, animum-
blectet, ſi cauſſas geſtarum rerum tales fin-
licet, quales caſus phantaſiae obtulit, ſi mo-
t ingenia hominum, de quibus ſermo eſt,
s ſuae indoli conformare, ſi, penuria et in-
rerum grandium, minutis inhaerere, ſi in loco

com-

communi, undecumque arrepto, eloquentia
oſtentare, ſi tempora, locosque et viros aut no
notare, et ſecernere, aut miſcere, decet et lau
eſt; locus huic auctori aſſignandus erit inter h
ſtoricorum principes. Agnovit ipſe virium ſuar
defectum in praefatione. Negat, ſibi ſubſidia
manus fuiſſe, praeter *Herbelotum* et *Renaudotum*,
Gallicam interpretationem *Macini*. At illum q
dem paſſim tradere pugnantia, quae concili
facile non ſit: alterum intra fines Aegyptiacae
ſtoriae ſe continere, quis neſcit? *Vatieria*
opus quis denique non novit mali codicis
niani multo peiorem interpretationem eſſe? *A*
pharagium prorſus ignoraſſe videtur. Qui
mirum ſit, a viro tam praeclaris opibus inſtru
profectum fuiſſe opus, quod perquam frequen
emendari, niſi una litura, nequeat? Aequum
verumque hoc iudicium, demonſtravit cenſor a
nymus, *Reiskius* ſine dubio, in *Novis Actis Er*
a. 1752. p. 248 — 253. et in *Zuverläſſ. Nachr.*
P. CXLIII. p. 673 — 696. Addimus, *Marigni*
perpetuo fere eſſe *Ockleii* metaphraſten, et quide
ſatis ineptum. Minime igitur dignus erat, que
Leſſingius Theotiſce loquentem introduceret. R
prehenſus ob officium illud intempeſtivum a *Bau*
gartenio, defendere ſe conatus eſt acerbe, ut ſem
per ſolebat, et immitius: at auſu irrito.

Eodem tempore *Marignius* edidit operis co
tinuationem ſive hiſtoriam minorem et ſingulare
dynaſtiarum, quae variis temporibus variae int
Arabes, et in univerſum Muhammedanos, em
ferunt, hoc quidem titulo: *Hiſtoire des revolution*
de l'Empire des Arabes. à Paris 1750. II Voll.
12 mai. Iſtorum igitur regulorum hiſtoriam ho
gemino volumine perſequitur auctor eodem, qu
coeperat, filo, ſed non omnium. Multos enim
e

gat, deinde breviter ipſos Principes eo or-
recenſeat, quo ſeſe vivendo regnandoque
erunt, eorumque res geſtas perſtringat, de-
paullo fuſius eadem enarret. Quo fit, ut
eadem absque neceſſitate et fructu ite-
. Macilentus in plurimis et ſtrictus ibi exun-
colores eloquentiae conſumit omnes, ubi
m indolemque viri alicuius pingendam na-
ſt Res nempe geſtae lectione et aſſiduitate
randae ſunt: characterum colores ingenium
dum ultro et absque labore ſuggerit. Fran-
s noſter neque locorum ſitus, neque gen-
finitates et ſeries genealogicas, neque tem-
rationes tenet, contradictionibus ſeſe im-
librosque non conſulit, in promtu poſitos
one eruditis familiari conceptos. Quae
multis exemplis probavit *Reiskius* in *Novis*
rud. a. 1752. p. 307 — 316.

HABLIS CASIRI inſeruit Bibliothecae ſuae Caſiri.
- Hiſpanae Eſcurialenſi (T. II. p. 17 — 27)
lonem, tenuem ac ſterilem, de Arabum
moribus, inſtitutis, ſtudiis, lingua et epo-
Cf. Fortgeſ. Betracht. über die neueſten hiſt.

partibus abſolutam, exſtare. Nam et iſta, legitur tomis XIX, XX et XXI operis vaſtiſ ex Anglico ſermone in noſtrum translati (*meine Welthiſtorie* etc.) melior quidem eſt prio Arabum hiſtoriis: at perfecta minime praed poteſt. Auctor ne linguam quidem Arab calluit, ſed verſionibus paucorum ſcriptorum A bicorum typis expreſſorum Latinis, bene quid uſus eſt. Interpretes Theotiſci male rem ſu geſſere, tomo in primis decimo nono. SEMLER tamen, editoris munere functus, permultos de vit naevos, atque in praefationibus doctiſſi illuſtrationes et caſtigationes exhibuit. Epit operis Anglici, a *Guthrio* et *Grayo* negligenter rata, quoque Arabum hiſtoriam offert, et quid tomo VI, duabus partibus abſoluto, ſecund verſionem Theotiſcam (*Lipſ.* 1768 et 1769). dem vero admodum manca eſt et inculta; enim viri doctiſſimi, C. G. HEYNIUS et I. I. RE KIUS, in notis adiectis multa Anglorum pec ſuſtulerint et correxerint, neceſſariaque add rint: operis tamen ſumma diſtorta et vitioſa paret.

Silentio tandem praetermittere nequimus di tationem doctam utilemque, inſertam ab A novae editioni hiſtoriae modo memoratae uni ſali, tomo quidem XX, atque Theotiſce redd tomo IV Supplementorum (*Sammlung von E terungs-Schriften zur allgemeinen Welthiſtorie* 1 p. 317—376, ita inſcriptam: *Von der Unab gigkeit der Araber.* BAUMGARTENIUS notas ctas larga manu adſperſit.

t. Monendum vero antea, ex recentiori-
hriſtianis ſcriptoribus multos quaedam de
nmede referre, quae Muhammedanis riſum
t, eosdemque in ſuperſtitione ſua firmiores
t. Ita certe iudicat LUDOVICUS MARAC- Maraccius
praefatione *vitae rerumque geſtarum Muham-*
moris Alcorani ſynopſeos, quae Corani edi-
Patavii 1698. fol.) eſt praemiſſa, atque ex
iſſimis apud Arabes Muhammedis vitae au-
s deſumta. Similia monuit IACOBUS ER- Erhardt.
t diſſertatione de illuſtrium ac obſcurorum
um erroribus praecipue in hiſtoria Maho-
eorumque cauſſis. *Memmingae* 1731. 8.
ſane, quam paullo curatius deſcribamus,
l agitur de variis perſonis et vitae rationi-
iae Muhammedi affinguntur. Cap. II in-
e Muhammedis rebus teſtes nonnulli alle-
cauſſaeque proponuntur; quas inter vul-
nimis Arabicae linguae ignorantiam paene
m eſſe, capite III luculentis exemplis de-
ıtur. Succedunt cap. IV errores chrono-
t geographici, atque infinitae fere variatio-
:a Muhammedis aetatem et patriam nota-

furta erga Iudaeos atque Chriſtianos commiſſa
quiritur curatius. Cap. VIII inveſtigantur offuc
quibus Muhammedes auctoritatem ſibi parare
luiſſe traditur, praecipue miraculum colum
Errores circa ſepulcrum Muh. delineandum
ſcriptoribus commiſſi cap. IX propalantur. Cap.
ſingulari opera de fabulatoribus Muhammed
differitur; cuius rei in praeclarum ſpecimen cap.
proferuntur, quae Arabes de icone Muhamm
inſipienter nugantur. Claudit denique cap.
inanis de ipſius epilepſia fabula.

Biblian-der. Hoc etiam loco commemorare iuvat collec
nem THEODORI BIBLIANDRI hoc inſigni
titulo: Machumetis Saracenorum Principis, e
que ſucceſſorum vitae, doctrina, ac ipſe Alcor
quo velut authentico legum divinarum cod
Agareni, et Turcae, aliique Chriſto adverſan
populi reguntur; quae ante annos 400 vir m
nominibus, Divi quoque Bernardi teſtimonio,
riſſimus, D. Petrus Abbas Cluniacenſis, per v
eruditos, ad fidei Chriſtianae ac ſanctae matris
cleſiae propugnationem, ex Arabica lingua in
tinam transferri curavit. His adiunctae ſunt c
futationes multorum, et quidem probatiſſ. aut
rum, Arabum, Graecorum et Latinorum,
cum doctiſſ. viri Phil. Melanchthonis praem
tione. Quibus velut inſtructiſſima fidei Catho
propugnatorum acie, perverſa dogmata et tota
perſtitio Machumetica profligantur. Adiuncti
etiam de Turcarum ſive Saracenorum (qui
tam ſectatores Machumeticae veſaniae, quam
dices et propugnatores nominisque Chriſtiani a
rimos hoſtes, aliquot iam ſeculis praeſtiter
origine ac rebus geſtis a 900 annis ad noſtra
que tempora, libelli aliquot lectu digniſſimi. H
omnia in unum volumen redacta ſunt, opera
ſtu

HEODORI BIBLIANDRI, eccleſiae Tigu-
niſtri († 1564.) qui collatis etiam exem-
Latinis et Arab. Alcorani textum emen-
marginibus appoſuit annotationes, quibus
: Machumeticae abſurditas, contradictio-
ones errorum, divinaeque ſcripturae de-
es atque alia id genus indicantur. Quae
n lucem edidit ad gloriam Domini Ieſu
t multiplicem eccleſiae utilitatem, adver-
am principem tenebrarum eiusque nun-
ti - Chriſtum: quem oportet manifeſtari,
i ſpiritu oris Chriſti ſervatoris noſtri.
43. III Tomi in fol. *ibid.* 1550. III Tomi
Editio prior maioris et rarioris aeſtimatur;
: etiam rara eſt, ſed Graeca ſcripta omnia
int, ſolaeque verſiones Latinae retentae.
i quidem parte continentur: 1. *M. Lutheri*
ni lectionem praemonitio; quae in edi-
. 1550 *Melanchthoni* tribuitur. 2. *Th. Bi-*
pologia pro editione Corani, non Ara-
Latina vulgata. 3. *Petri*, Abbatis Clu-
epiſtola de translatione Corani. 4. *Eiusd.*
quaedam brevis contra haereſes et ſectam
fraudis Saracenorum. 5. Praefatio *Ro-*
nenſis Angli de Corani verſione. 6. Co-
nticus Corani, verſus per *Robertum* Ret-
nsem Dalmatam. 7. Doctrina Machu-
matim comprehenſa, ab eod. *Hermanno*
o translata. 8. De generatione Mahu-
utritura eius, eod. *Hermanno* interprete.
:a mendoſa et ridiculoſa Saracenorum,
lahumetis et ſucceſſorum eius, eodem
10. Annotationes eruditi cuiusdam et
ſcriptoris, quae in Corani MSti mar-
iectae fuerunt. — In *ſecunda*: 1. *Lud.*
Mahomete et Corano ipſius cenſura (ex

eiusdem libris de veritate religionis Chriſt.). 2. *laterranus* de Mahomet eiusque legibus et Sara norum rebus. 3. *Hieron. Savonarolae* comme tiuncula de Muhametanorum ſecta. 4. Diſpu tio Chriſtiani et Saraceni. 5. *Nic. Caſani* cri tiones Corani. 6. *Richardi*, frat. ord. Praedica confutatio, Latine et Graece. 7. Chriſtianae f confeſſio, Saracenis facta, Gr. et Lat. — In *ter* 1. *Lutheri* Epiſtola ſ. Praef. ad Lectorem. 2. T ſtatus de moribus, religione, conditionibus et quitia Turcorum, auctore Septemcaſtrenſe q dam. 3. Epiſtola Pii II ad Morbiſanum, Tu rum principem, de erroribus ſectae Mahumeta et amplexanda religione evangelica. 4. *Morb* reſponſio. 5. Ordinatio politiae Turcar 6. Turcicarum rerum commentarius, auct *Paulo Jovio.* 7. Ordo ac diſciplina militiae T cicae, eodem auctore. 8. *Vives* de conditione tae Chriſtianorum ſub Turca. 9. *Fel. Peta* liber, quibus itineribus Turci ſint aggredie 10. *Iac. Sadoleti* homilia de regno Hungariae hoſtibus Turcis oppreſſo et capto. 11. *Joa Cantacuzeni* chriſtiana et orthodoxa contra Ma meticam fidem aſſertio, conſtans 4 Apologi totidem orationibus. — Haec ſcripta in editi poſteriore excipiunt *Bartholomaei Georgievich* li et *Chriſtoph. Richeri* ſcripta de origine Tu rum etc. — Ex hac collectione olim max pars hiſtoricae ſcientiae de Arabibus ac Tu hauriebatur, eaque vel hodie, ubi ſubſidiis firm ribus nitimur, non plane inutilis, hiſtoriam c hiſtoriae atque errorum hiſtoricorum iuvare po

Cf. (GOERTZENS) *Merkwürd. der königl. Bibl. Dresden* T. III. p. 494 ſqq.
(BAUMGARTENS) *Nachr. von einer Hall.* T. V. p. 236 ſqq.

e true nature of impoſture, in the life of Ma- Prideaux.
demonſtrated; by HUMPHRY PRIDEAUX.
n 1697. 8. Francogallice *à Amſterd.* 1698 8.
gg. aen. nullius pretii. Theotiſce *Lipſ.* 1699.
Fragmentum operis multo amplioris, quod
troverſiis et exitio eccleſiarum Orientalium
ux molitus erat, fama eius illuſtri non ſatis
n.

TRUS BAYLE in *Dictionnaire hiſtorique et* Bayle.
ſub voc. *Mahomet*, (T. III. p. 1851 — 1867.
et moderne, la philoſophie et les monumens antiques à la Haye 1699—1700. IV Voll. in 12 mai. cum figg. aen. *Belgice* ſecundum editionem priorem *Ultraj. ad Rhen.* 1695. 4. — Voluminis ſecundi epiſtola tertia et ſequentibus incipiunt narratione de imperio Osmanico ac de eius incolis, in primis de CPoli. Volumen tertium integrum paene agit de religione Muhammedica. Quarti etiam voluminis epiſtolae priores ſpectant ad res Turcicas aguntque potiſſimum de Graecis atque Iudaeis moribusque Turcarum variis. Omnes annis 1699 et 1691 ſcriptae, non modo iis, quae auctor ipſe vidit et obſervavit, ſunt refertae, verum etiam quae alii ſcriptores hodoeporici retulerunt, intenta ita ut auctor eorum relationes vel probaverit vel confutaverit. Tabulae aeneae non adeo magni aeſtimandae. Editio poſterior longe quidem auctior eſt priore, neque tamen ideo illam poſſidentibus ut eam plane ſeponant, ſuadendum; nam ſunt quaedam in priore, quae non legas in poſteriore quod pluribus exemplis probavit *Chriſti. Gryphius* in Apparatu de ſcriptoribus hiſtoriam ſaeculi XVI illuſtrantibus p. 563 ſqq.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 160—166.
De editione priore *Acta Erud.* a. 1695. p. 284—29

Simpertus. SIMPERTI (Abbatis in Neresheim) Diarium *oder Reiſebeſchreibung Wolfgangs, Graven zu Oe tingen, kayſerlichen Grosbothſchafters nach Conſta tinopel, von* 1699 *bis* 1701. Augsburg 1701. 8. Singulari cura compoſitum dicitur.

de Tournefort. JOSEPHI PITTON DE TOURNEFORT (Co ſiliarii regii, Acad. ſcient. collegae, horto medi regio Pariſienſi praefecti, D. et Profeſſoris Me cinae † 1708) *Relation d'un voyage du Levant, co tenant l'hiſtoire ancienne et moderne des pluſieurs is*

rchipel, de Conſtantinople, des côtes de la Mer de l'Armenie, de la Georgie, des frontieres de et de l'Aſie mineure. à Paris 1717. II Voll. (quae editio admodum rara) à Lyon 1717. oll. in 8 mai. à Paris 1718 II Voll. in 4. ſt. 1718. II Voll. in 4 à Lyon 1727. III Voll. à Amſt. 1728. II Voll. in 4 mai. Omnes cum ten. *Theotiſce* (a *Ge. Wolfg. Panzer*) No- 1776. 1777. III Voll. in 8 mai. cum figg. Hiſtoria itineris viginti duabus contine- olis, ad Comitem Pontchartrainium, Se- m ſtatus Regium, perſcriptis: quibus prae- eſt prooemium, e quo diſcimus, illius co- inſtinctu regem Galliarum conſtituiſſe, mit- doctos aliquot viros in regiones exteras, hi- naturalem curioſis obſervationibus locuple- , geographiam illuſtraturos, atque religio- mores, commercia gentium bona fide de- ros. Electus hinc Tournefortius, qui pe- Orientis regiones, ſtrenue hoc iter ingreſſus nſe Martio anni 1700, adſcito ſibi medico imo, *Gundelsheimer*, itemque pictore *Aubrier*. m in prooemio recenſionem exhibet eorum, Maſſiliae, ubi navem conſcendit, notatu ra vidit, atque in urbibus, inter Lutetiam et iam interiectis. In ipſis epiſtolis praecipua impenditur deſcribendis plantis cuiusque re- : ipſarum vero regionum atque urbium non ns ſolum ſtatus, verum etiam vetus hiſtoria imentis antiquorum ſcriptorum diligenter ex- ur. Ubique elucet auctoris candor et haud veritas, qua in re vitium peregrinantibus proprium ſincere evitavit. Antiquitatum et iae gnarus, ubivis oſtendit, ſe ultra doctri- medicorum ſapere. Merito igitur praecipuis i noſtri itinerariis opus hocce accenſetur.

Epiſtola prima ſecundaque Creta inſula deſcribitur accurate, ſimul priſcae urbis Gortynae ruinae praeſentantur, adiecta numorum mentione ob hac in urbe cuſorum cet. Ep. III hodiernus Graecae eccleſiae ſtatus miſer deſcribitur. Ep. IV inſulas, Argentariam, Melon, Siphnum et Seriphum perluſtrat. Ep. V inſulae Paros, Antiparos et Naxos perſtringuntur. Ep. VI minores aliquot Archipelagi inſulas deſcriptas exhibet. Delon inſulam ep. VII deſcribit, et in ea veterum templorum rudera, ſimulque inſcriptiones aliquot Graecas in ea obvias offert. Ep. VIII, IX et X caeteras inſulas Andron, Chium, Tenedon, Samum, Patmum, Lesbum, Gyarum etc. perſequitur. Ep. XI et XII praeter Helleſpontum et Gallipolin urbem accurate deſcribit CPoleos amplitudinem, templa, portum, palatium, quod *Seraï* appellant Turcae, et ſubſtructia, adiuncta plantarum, circa hanc urbem naſcentium, deſcriptione. Regimen civile et politica Turcarum artes ep. XIII enarrat, ac diligentiſſime cum militarem, tum civilem Turcarum ſtatum exponit. Ep. XIV de religione Turcarum, moribus, victu et amictu differit copioſe. Ep. XV Boſporus Thraciae deſcribitur, et oppida ab utraque eius parte ſita. Ep. XVI latus meridionale maris nigri inde ab oſtio ſuo ad urbem Sinopen usque, hinc ep. XVII a Sinope usque Trapezuntum deſcribitur. Ep. XVIII auctor iter enarrat, quod per Armeniam confecit et Georgiam. Ep. XIX contendit, Paradiſum olim fuiſſe in Georgia inter urbes Erzeron et Tiflis. Hinc triſtem foedamque faciem montis, quem putat, Ararat deſcribit, ſimul narrans, quousque eum aſcenderit et cum quanta moleſtiis. Ep. XX mores, religionem atque commercia deſcribit Armenorum; atque XXI duas urbes, Tocatum et Angoram ſ. Ancyram, cuius

hiſto

antiquam perſecutus, praeſentem ſtatum
us monimenti Ancyrani tradit. Ep. XXII
r exponit, quod Smyrnam, hinc Ephe-
e per oppida vicina ſuſcepit. — Inter-
ptiſcus bene rem egit ſuam. Plantis paſſim
ſynonyma Linneana.

. Erud. a. 1719. p. 195—201.
Acta Erud. P. LIX. p. 811—827. P. LXI.
—46.
teut. Bibl. T. XXXV. p. 200 ſqq.
:KE l. c. T. I. p. 416 ſqq.

rs *of the Right Honourable Lady* M--y Montague
M--e (MARY WORTHLEY MONTA-
written during her Travels in Europe, Aſia
ca, to perſons of Diſtinction, Men of Let-
in different Parts of Europe. Which con-
other curious Relations, Accounts of the
Manners of the Turks: drawn from Sour-
have been inacceſſible to other Travellers.
1763. III Voll. in 12 mai. Berlin 1781. 8. —
at non ſatis bene, *Lipſ.* 1763. 8. Alia
lior prodiit *Manhem.* 1784. 8. *Francogal-*
neto) *Amſt.* 1763. 8. *Rotterd.* 1764. 8.
64. 8.

ditional Volume to the Letters of Lady
UE. London 1767. 8. *Theotiſce*, Lipſ.
— Auctor harum epiſtolarum, foemina
a, coniux legati Anglici CPoli, elegan-
idem, at non ſatis fideliter deſcribit iter
n per Belgium, Germaniam, Hungariam,
Osmanicum, regionem Tunetanam,
que Italiae, annis quidem 1716, 1717
Maxime illa verſatur in deſcribendis Tur-
oribus, ſexus potiſſimum ſequioris, quem
ie impedimentis iſtis, viris inſuperabilibus,
opportune poterat. Varia autem inſunt,
quae

quae diffidentiam creent, varia, quae ſibi dicant, quaeque fide plane ſint indigna; ctor ipſa alios ſcriptores hodoeporicos pr prehenderit.

Cf. *Goetting. Anz.* a. 1763. p. 1233 ſqq. a. 943 ſq.
LUEDEKE l. c. T. I. p. 419 ſq.

Drieſch. GERARDI CORNELII VAN DEN D Hiſtoria magnae legationis, quam Caroli auſpiciis ſuſcepit comes Damianus Hugo V tius ad Portam Ottomannicam. Viennae *Theotiſce* ab auctore ipſo *Norimb.* 172 Cum figg. aen. — Auctor, hiſtoriogra turus officium, Comitem iſtum anno 171 comitatus eſt, uberrimamque inde nactu riem narrationis ſuae memorabilia perm primis de Turcarum politia, religione, mo re militari, antiquitatum quoque curioſus, ſtilo Latino, horrido autem Germanico, co Ordo et nexus haud raro deſiderantur, n inſunt ad argumenta propoſita haud per Paſſim alios, non ſatis caute, in narran tus eſt.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 185 ſqq.

Tollot. TOLLOT *Voyage fait au Levant és an et 1732, contenant les deſcriptions d' Algier Tripoli, Alexandrie en Egypte, Terre Sain ſtantinople etc.* à Paris 1742. 12.

Perry. CHARLES PERRY'S *M. D. View of th particularly of Conſtantinople, Syria, Eg Grece.* London 1743. fol. Cum XXX aen. — Auctor agit de antiquitatibus, in tione, moribus, ritibus aliisque memorabi gionum iſtarum. Qua ratione? dicere nc mus. Idem valet de ſequentibus:

.L'S VOYAGE *into Turky.* London Gishull.

R. *Mémoires* contenant *ſes Voyages en* D. L. R.
a Haye 1749. 12.

PORTER'S *Obſervations on the religion,* Porter.
ment and manners of the Turcs. Lon-
I Voll. in 12. *Theotiſce*, non optime,
8. *Francogallice* a B *** (i. e. *Bergier*).
9. II Parties in 12. — *Nouvelle edition,*
ent augumentée de notes, faites par un
i a fait un ſéjour en Turquie. à Neuf-
. 12. (Notae nullius paene pretii, certe
re, ſed in muſeo conceptae.) Auctor
o legatus Angliae CPoli verſatus, va-
ſcitu digna nec iniucunda, quaedam
us facile carere poſſis, v. c. de Mu-
rum ſectis, de Corano, de deſpotiſmo
bus.

EKE l. c. T. I. p. 423 ſqq.

ERO GIUSEPPE BOSCOVICH (olim Boſcovich.
Prof. Math. Papienſis) *Giornale di un*
Conſtantinopoli in Polonia. Baſſano
i. Duodecim annis antea verſio Fran-
ab auctoris amico ex itinerario eius
o confecta, prodierat, hac inſcriptione:
Voyage de Conſtantinople en Pologne
te de M. Porter, Ambaſſadeur d'Angle-
Lauſanne 1772. 12. Haec verſio ori-
tiſcae dedit, ab anonymo additamentis
mappaque geographica auctae. *Lipſ.*
- Iter fiebat a. 1761 et 1762; cuius
auca ſane exhibet, quae ante ignota
riſtis conditio regni Turcici, omnibus
tibus largiſſime inſtructi, a tyrranide
ati, vivis pingitur coloribus. Novitatis

gratiam

gratiam quandam prae ſe ferunt, quae auctor ſtatu civili Moldaviae ac Valachiae narrat. Editi Italicae ab auctore ipſo curatae ineſt (p. 160-1 relatio de ruinis Troiae, quas vero Chandleru opere ſupra a nobis laudato multo accuratius, n ioreque antiquitatis ſcientia deſcripſit.

Cf. *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1772. *Zugabe* p. 340 a. 1784. p. 1582 ſqq.
Allg. teut. Bibl. T. XLI. 583—588.

Baltimore. *Lord* BALTIMORE'S *Tour to the Eaſt* 17 *and 64, with Remarks on the City of Conſtantino* London 1767. 8. *Theotiſcas* verſiones binas ha mus, alteram *Lipſ.* 1768. 8., alteram *Aug. Vi* 1770. 12 mai. in lucem editam. Mehercle ta non eſt Angli ſcriptio, ut ſemel modo, multo min bis, in vernaculam noſtram transferenda fuiſ Futilia enim atque ex trivio petita permulta, p pauca contra nova continet. Praeter CPolin n fere de aliis imperii Turcici locis narratur.

Cf. LUEDEKE l. c. T. I. p. 429 ſq.
Allgem. teut. Bibl. Anhang zu dem 1ſten bis 1 Band. P. II. p. 790 ſq.

Flachat. JEAN CLAUDE FLACHAT (*Directeur de la nufacture orientale à St. Chaumond en Lyon Obſervations ſur le commerce et les arts d'une p de l'Europe, de l'Aſie, de l'Afrique, et même Indes orientales.* à Lyon 1766. II tomi in 12 Cum figg. aen. haud elegantibus. Auctor q decim per annos CPoli commoratus, maxi operis partem narrationibus eorum, quae ibi audivitque, complet. A pag. 518—562 tomi ctum inter regem Galliarum et Imperatorem manorum, quo Francogallorum privilegia in h imperio ſtabilita auctave ſunt, legitur. Tom teri inſunt relationes alibi haud obviae de M mute et Osmano, eo tempore, quo auctor C

vi

ur, regentibus. Mercaturam agenti ac-
atebat ad aulam Imperatoris eiusque pro-
de de multis, quae aliis ſunt occluſa, cer-
us, interiora quoque palatii Imperatoris,
ium urbem haud exiguam conſtituit, per-
poterat. Quae ibi vidit memoriaque te-
uit, (nam litteris quidquam mandare lici-
i erat) fuſe narrat tomo II. p. 164—224.

ttting. gel. Anzeig. a. 1766. p. 170 ſqq. p. 325 ſq.
SKE l. c. T. II. p. 242—256.

L. HERMANNI L. B. DE RIEDESEL, nunc de Riede-
ruſſiae legati in aula Vindobonenſi) *Voyage* ſel.
ageur moderne au Levant. à Amſterd. (ſeu
uttgardiae) 1773. 8. *Theotiſce*, cum anno-
s nonnullis, a *Chriſti. Guil. Dohm*, Lipſ.
— Auctor a. 1768 Neapoli verſus Smyr-
inſtituit. Obſervationes ſuper inſulis Ar-
, Athenis aliisque Graeciae locis, atque an-
veſtigiis ibi obviis, partim confirmant,
mendant, quae alii retulerunt; contulit et
iotata cum relationibus aliorum, v. c. Tour-
Septimo capite continetur deſcriptio CPo-
ipli, olim S. Sophiae dicati; menſuras ex-
medico Anglo, Makenzie, ſibi commu-
exhibet auctor p. 173 ſq. Sententiae de
urcarum ritibus moribusve audaces ſunt
ue novitatis habent, dignae certe, quae
eregrinatoribus examinentur.

ESCHINGII *wöchentl. Nachr.* a. 1773. p. 273-
p. 328.
g. *gel. Anzeig.* a. 1773. p. 801—807. a. 1774.
13 ſq.

ireibung der Stadt Conſtantinopel und der Beſchrei-
llen. Berlin 1771. 8. E Tournefortio, The- bung etc.
ac Sponio compilata deſcriptio.

EDEKE l. c. T. II. p. 271 ſq.

Neueſte

Neueſte Reiſebe. *Neueſte Reiſebeſchreibung durch die vornehmſ Provinzen der Ottomanniſchen Pforte.* Berlin u Breslau 1772. 8. Minime itinerarium, ſed co pilationem admodum ineptam impoſtor anonym exhibuit.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 264 ſqq.

Björnſtåhl. JAC. JONAE BJÖRNSTÅHLS *Reſa til Fra rycke, Italien, Sweitz, Tyskland, Holland, Eng land, Turki et och Greckeland.* Stockholm 17 V Partes in 8. *Theotiſce* cum notis a *Juſt. Er* et *Chriſti. Henr. Groskurd.* Stralſund, Roſtock u Leipz. 1777—1783. VI Voll. in 8. — Au Profeſſor lingg. orient. Lundenſis deſignatus, 1769 iter ingreſſus, epiſtolis ad *Carol. Chr Gjoerwellum*, bibliothecae Holmienſis regiae pr fectum celeberrimum, datis, memoratu quae digna videbantur, deſcripſit, cumprimis talia, q rem litterariam iuvare poſſent. Gjoerwell prim ſingulas epiſtolas diariis ſuis litterariis (v. c *San laren*) inſeruit; e quibus *Schloezerus* (in *Briefw fel meiſt hiſtoriſchen und politiſchen Inhalts*) non las, Theotiſce redditas, Germanis exhibuit. *Fr cogallice* etiam quaedam leguntur in *Eſprit Journaux* a. 1780. Mortuo auctore Theſſal cae a. 1779, Gjoerwellus epiſtolas iſtas, cum atque cum potiore parte diarii popularis ſui, ctim quinque tomis edidit. Epiſtolae, CPoli alia imperii Osmanici loca ſpectantes, tomo IV Germ. exhibentur, plenaequae ſunt narratio utilium aeque ac iucundarum, quid? quod mam totius operis partem conſtituunt; quo e pertinent, quae ex diario viri doctiſſimi tom verſ. Theot., nullo tamen dilectu habito, pr nuntur.

BUESCHINGS *Wöchentl. Nachr.* a. 1777. p. 364 qq. a. 1781. p. 83 sq.
gem. teut. Bibl. T. LIV. p. 600—605.

DOMENICO SESTINI (*Abate*) *Lettere ſcritte* Seſtini.
Sicilia e dalla Turchia. In Firenze 1779-1780.
oll. in 8. *Theotiſce* cum notis, Lipſ. 1780.
a. 1783. III Partes in 8. Et in Jagemanni *Ma-*
n *der Ital. Litt.* T. II, III et IV. Nondum in
s hisce epiſtolarum voluminibus quicquam de
e per Turciam occurrit; Siciliam ſolummodo
not.

Mémoires du Baron DE TOTT *ſur les Turcs et* de Tott.
les Tartares. à Amſterdam 1784. IV Voll. in
— Recentiſſimum ſimulque praeſtantiſſi-
huius generis opus, cuius auctor XXIII per
inter Osmanos Tatarosque vixit. Anno
1755 cum legato Francogallico *de Ver-*
Constantinopolin venit, comitante quidem
, qui olim cum Principe Ragotzio Turciam
rat. Filius ſtatim linguae Turcicae addiſcen-
frequam dedit operam, nuptiasque, quibus
nis honore dignitateque conſpicuis innotuit,
Anno 1763 in Galliam reverſus, munus,
patriae utilitatem promovere poſſet, ambivit,
que 1767 ad Principem Crimenſem, Makſud
ay, ablegatus, poſt mortem ſucceſſoris, Ke-
Sueray, CPolin repetiit. Paullo poſt iuſſu
atoris Muſtaphae caſtella, *Dardanellae* dicta,
a claſſem Ruſſicam communivit, remque
rum tormentariam omnem meliorem firmio-
ue reddidit. Pace demum inter Ruſſos et
s peracta, mandante rege Galliarum, rei mer-
ae Francogallorum in Archipelago, in Ae-
o et in Aſia variis modis proſpexit. Parti
i primae praemiſſa eſt introductio, qua au-
varia ſuper relatione morum, climatis ac

regiminis cum populorum conditione differit, nionesque nonnullas praeiudicatas de Turci Britanna Montagu in primis diffeminatas, impug Opus ipſum, praecipue volumen I et III, per tas continet obſervationes novas relationesqu Osmanorum indole, lingua, politia, regimine, riisque ritibus ac caerimoniis, in primis de eo re militari, deque miſerrima rerum Turcicar conditione hodierna. Volumine II eadem fere tione de Tataris differitur: quarto vero ineſt per Archipelagum, Aegyptum, Syriam, ve Smyrnam et regionem Tunetanam; obſervatio paene innumerae et in hoc volumine novit utilitatis et iucunditatis gratiam habent.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1785. p. 161 ſqq. 169 181 ſqq. 185 ſqq.

Eſſais de Géographie, de Politique et d'Hiſto ſur les poſſeſſions des Turcs en Europe, diviſés Parties; par M. L. C. D. M. D. L. *pour ſervi Suite aux Mémoires du Baron de Tott.* à P 1785. 8. Nihil hucusque, praeter titulum, n de hoc libro innotuit.

SECTIO II.

SCRIPTORES DE HISTORIA OSMAN RUM EORUMQUE IMPERIO.

1. *Scriptores univerſales.*

Osmani ipſi hiſtoriam gentis ſuae variis m condidere. Maxima horum librorum pars a typis haud expreſſa. Indicem plurimorum ex IOH. CHRISTOPH. FRID. SCHULZ in *Verz niß der berühmteſten Türkiſchen Schriftſteller, dem 13. 14. 15. 16. und 17ten Jahrhunderte, der Anzeige ihrer vornehmſten Schriften;* quem c log

adiectum invenies ad calcem I tomi tertii
ie imperii Osmanici, auctore *de la Croix*,
em Schulzio Theotisce redditae (*Lipſ.* 1772.
374 — 410.

nclavius, seu potius *Ioh. Gaudier*, mox lau-
, nonnullis voluminibus iisdem manu scriptis
t.

NCENTIUS BRATUTTI, Ragusanus, Impe- Saddedi-
Rom. in interpretandis Orientis linguis ab nus et
is, primam *Chronici Turcarum praecipui*, Bratutti.
DEDINO *ſ.* SAIDINO *conſcripti*, partem,
verlam, *Viennae* 1649 in 4 edidit: mox
poſt ſuum in Hiſpaniam diſceſſum (interpretis
munere apud Philippum IV, Hiſpaniae regem,
functurus in hanc abiit) ſecundam quoque,
ma eſt, praedicti Chronici partem, *Ma-*
ſa, typis vulgaverat. En operis epigra-
Cronica dell' Origine e progreſſi degli Otto-
compoſta da Saidino *Turco in lingua Turca*
tta in Italiano da Vincenzo Bratutti.

REYTAGII Analecta p. 153 ſq.
N. DE JENISCH) Commentatio de fatis linguar.
nt. p. CLVI.

ſtro demum aevo ADAMUS FRANCISCUS Saddedi-
R, Conſiliarius caeſareus aulicus et biblio- nus et
caeſ. Vind. praefectus ſupremus († 1783), Kollar.
ium induxerat, ut ipſe in Grammaticae
ae *Meninskianae* praefatione indicat, hiſto-
llectionis Byzantinae inſtar, ſelectiores re-
rcicarum ſcriptores Turcicos publici iuris
quo etiam conſilio ſeptuaginta omnino et
plagulae ex Saddedini hiſtoria cum verſione
a. 1755. in fol. typis excuſae fuerunt.
aliis negotiis diſtrictus, tantum opus im-

perfectum reliquit auctor, omnis litteraturae talis experientiſſimus.

Cf. Comment. de fatis etc. l. c. p. CXLII et CL

Quum praeter ſpem atque exſpectationem nium, ſub Achmedis II imperio anno Hegir. Chriſti 1726, Conſtantinopoli typographia intr ceretur, mox autem rurſus ſupprimeretur, fa eſt, ut inter ſedecim libros, typis ibidem ab a. usque ad 1730 impreſſos, hiſtorici quoque alig Turcici typis Arabicis excuderentur. Quo ſaltem titulos hoc loco exhibere liceat.

Hiſtoria de bellis maritimis Osmanidarum.
Tabulae chronologicae, auctore Kiatib Celebi *).
Annales Ottomanici, auctore Naeima.
Annales Ottomanici Raſid Efendi.
Annales Ottomanici, auctore Celebi Zade.
Liber de iis, quae ultimo (inter Domum Auſtriacam Portam Ottomanicam) *bello in Boſnia geſta ſu*
Cf. *Geſchichte des Osman. Reichs — nach Hrn. de Croix, — von* I. C. F. Schulz. III B. p. 174 ſqq
Comment. de fatis etc. l. c. p. LXXXVII.

E ſcriptoribus hiſtoriae Byzantinae, alibi re ſendis, huc pertinent: GEORGIUS PHRAN LAONICUS CHALCONDYLAS, NICEPHO CPolita, NICEPHORUS GREGORAS, IOAN

*) Exſtat harum tabularum verſio Itala, e codice confecta, hoc titulo: *Cronologia hiſtorica, ſcritta in Turca, Perſiana et Araba, da* HAZI HALIFE MU FA, *e tradotta nell' idioma Italiano da* Gio. Rinaldo *Nobile Juſtinopolitano, e Dragomano della Sereniſſima R di Venezia.* In Venetia 1697. 206 pagg. in 4.

Cf. (GOETZENS) *Merkwürd. der Dresdn. Bibl.* T. I 258 ſqq.

:UZENUS, et DUCAS. Omnes partium
ontra Osmanos laborant.

❖ ❖ ❖

nuntur ſcriptores de rebus Turcicis univer-
riſtiani.

. ADELPHI (D. Med. Scaphuſienſis ſae- Adelphus.
l) *Türkiſche Chronica.* Strasburg 1516. 4.
numerandus ſolum, non deſcribendus.

AN. BAPT. EGNATII, Veneti, libellus de Egnatius.
Turcarum et POMPONII LAETI de ortu
dis, adiecti collectioni, cui ineſt *Roberti*
bellum Chriſt. etc. *Baſil.* 1533. fol. Ad-
et etiam collectioni ſcriptorum Hiſtor. Au-
, *Venet.* ap. Aldum, 1519. 8. nec non col-
rum Sylburgianae. *Francof.* 1588. fol.
557 et 590 ſqq.

ANNIS CUSPINIANI (*Suinfurtenſis*, *Hiſto-* Cuſpinia-
nenſis † 1529) *de Turcarum origine, reli-* nus.
e immaniſſima eorum in Chriſtianos tyrannide;
ſus, per quas Chriſtiani Principes Turcas
re et invadere facile poſſent. Antverpiae
. Lugd. Bat. 1654. 12. (cui editioni acceſſit
BAPT. MONTALBANI de Turcarum mo-
mmentarius.) Prima editio, a Cuſpiniano
ata, nobis eſt ignota. Inſertus eſt hic de
eorumque imperio Commentarius Operi
ribus atque Impp. Romanis, in cuius edi-
ancofurtenſi, 1601. fol. a pag. 485—484.
. Eiusdem Cuſpiniani Orat. protreptica
I. Principes, ut bellum ſuſcipiant contra
, cum deſcriptione conflictus in Hungaria
o periit R. Ludovicus etc. adiuncta eſt
ſtriae, eodem anno et loco excuſae, a
32. — Auctor, antiquitatis inveſtigator
ſimus, ſtilo facili, quae apud ſcriptores

hiſtoriae Byzantinae et hiſtoricos Chriſtianos Turcis invenit, expreſſit. Pluribus quidem ſegm tis agit de Turcarum origine, de Mahumme de origine Osmanorum (ſ. ut ipſe ſcribit Oth mannorum) et familiae ſucceſſione, de ſingu imperatoribus, ab Osmano nimirum usque ad S limum I. Annexae ſunt relationes de re milita religione, moribusque domeſticis Turcarum; *F licis Petantii* Cancellarii Segniae, quibus itinerib Turci ſint aggrediendi, ad Uladislaum, Hungar et Bohemiae regem, diſſertatio; Conſtantinop tana expugnatio, cum exhortatione ad bell Turcis inferendum, eodem auctore.

Iovius. PAULLI IOVII (Epiſcopi Nucerini † 155 *Commentario delle coſe de' Turchi, da Orcana* [illegible] *il 1328 a Selim circa il 1512.* Venezia 1531. ibid. 1538 8. ibid. 1541. 12. Latine, hoc titu Turcicarum rerum commentarius PAULLI IOV epiſcopi Nucerini, ad Carolum V Imperatorem guſtum, ex Italico Latinus factus, *Franciſco Nig* Baſſianate, interprete. Origo Turcici impe Vitae omnium Turcicorum Imperatorum. Or ac diſciplina Turcicae militiae exactiſſime co ſcripta, eodem *Paullo Iovio* autore. Addita praefatio *Philippi Melanchthonis.* In fine libri r legitur: *Vitebergae ex officina Ioſephi Clug. An* 1537. 8. Recuſa *Pariſ.* ap. Rob. Stephanum 153 8. Et haec editio rara eſt. *Tiguri* 1550. 8. *Ba* 1543. ibid. 1567 8. Latine etiam in *Iovii* op ribus, quorum editiones Vol. I. P. I. p. 137 hu bibliothecae indicavimus. Editio Baſileenſis (157 fol.) commentarium iſtum poſt vitam Cardina Pompeii Columnae exhibet, additis Imperator Turcicorum effigiebus ligno inciſis. *Francogall Pariſ.* 1540. 8. *Anglice Lond.* 1546. 8. Introduc de origine Turcarum et appendix de ordine

dif

diſciplina Turcicae militiae exſtant quoque in *Schardii* Scriptt. rer. Germ. T. II. p. 1483. ed. Baſil. Hodie Iovii hocce ſcripto facile carere poſſumus. Melanchthon in praefatione editionis Vitebergenſis agit de utilitate, quam religio ex hiſtoria imperii Turcici capere poſſit.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. V. p. 113 ſq.
(BAUMGARTENS) *Nachr. v. einer Hall. Bibl.* T. I. p. 442 ſqq.

ANDREAE CAMBINI (Florentini) *Commentario della origine de' Turchi, e dell' Imperio della caſa Ottomana, in Libri IV.* Vinegia 1538. 8. ibid. 1541. 12. Cambini.

CHRISTOPHORI RICHERII, *Torignei Senonis,* (*Cubicularii regii et Cancellario Franciae a ſecretis*) de rebus Turcarum, ad Gallorum regem Libri V. *Pariſ.* ex officina Rob. Stephani 1540. 4. Inſertum opuſculum etiam *Th. Bibliandri* collectioni, capite ſuperiore recenſitae, et quidem tomo III. Exſtat etiam inter Schardii Scriptt. rer. Germ. T. II. p. 1447—1481 ed. Baſil. Liber IV et V eſt inſertus *M. A. C. L. Syndromo rerum Turcico-Pannonicarum*, mox indicando. Liber ſecundus in Francogallicum converſus ſermonem hoc prodiit titulo: *Des couſtumes et manieres de vivre des Turcs faict en Latin par* Chriſtofle Richer, *et par iceluy* Richer *traduict en langue Françoiſe.* à Paris 1540. 4. — Auctor in praefatione libri I hac ratione de opere ſuo ſcribit. „Semina mihi collegi ex Egnatio, Blondo, Platina, Rivio, Gaguino, Paullo Iovio, Andr. Cambinio aliisque, ſi non eloquentiae primae, maximae tamen fidei ſcriptoribus, ut quae parſa eſſent ac diſſipata in unum locum mitterentur, quo propius videri poſſent. Parum quidem ultus eſt hic ager, ſed rerum frequentia copioſus. rimum, quae ſit origo Turcarum: deinde, quas Richer.

occupaverint ſedes: poſtea Ottomani et p
rum imperium usque ad Solymannum prae
breviter dilucideque narro etc.“ Haec v
librum tantummodo I ſpectant. Libro eni
moribus atque inſtitutis Turcarum, L. III de
merlanis Parthi rebus geſtis, L. IV de exp
a Mahomethe Conſtantinopoli, et L. V de
novi, Dalmatiae oppidi, recenti direptione,

Cf. FREYTAGII Analecta p. 776 ſq.

Lonicerus. PHILIPPI LONICERI, Theologi, (*Pro
orient. et theol. Marburgenſis* † 1569) Chron
Turcicorum, in quibus Turcorum origo,
pes, imperatores, bella, praelia, caedes, vi
reique militaris ratio, et caetera huc pert
continuo ordine, et perſpicua brevitate ex
tur; et Mahometicae religionis inſtituta, i
rumque proceſſus, et aulae conſtitutio; Pr
item ac populi mores vitaeque degenda
percenſetur: acceſſere, Narratio de Bajazeth
rum ſeditionibus; Turcicarum item rerum
me, quomodo nimirum captivi Chriſtiani
hantur, et ab Imperatore Turcico caeterisqu
cis tractentur. *Tomus I.* Omnia nunc
bona fide collecta, ſermoneque Latino expo
Tomus II — Francofurti, excudebat Ioa
chelus, impenſis Sigismundi Feyerabendii 1
Prima editio prodiiſſe dicitur *Argent.* 1537:
Baſileenſis a. 1556 nobis etiam ficta videt
certior *Francofurtenſis* a. 1578, tres tomos
volumine exhibens, fol. Editio anni 15
priores tantum editionis a. 1578 complectit
ius igitur editionis copioſioris contenta ha
Tomo I comparent: 1. *Turcorum origo;* Ita
mum ſcripta ad annum usque 1574. 2. *M
ticae leges, aulae apparatus, et Bajazethis*

ſuis; Italice ſcriptae primum per ANTONIUM AVINUM. 3. *Turcicarum rerum epitome*, ſcri- BARTHOLOMAEO GEORGIEWITZ. 4. N. AVENTINUS *de rebus Turcicis* f. Liber, in declarantur cauſſae miſeriarum, quibus Chriſt. premitur a Turcis — item de Turcarum ne. (*Theotiſce* ab *Henr. Mollero*, Francof. 1563 77. fol. Biponti 1606. 4. 1697 4.) *Tomo II:* IL. CALLIMACHI EXPERIENTIS *de clade* narratio. 2. LEONHARDUS CHIENSIS *Conſtantinopoli*. 3. *De Nigroponti captione*). 4 MARC. ANTON. SABELLICUS *de inter Venetos et Turcas* (1478); ex eiusdem de antiquitate Aquilejae L. VI. 5. IACO- FONTANUS *de bello Rhodio*, ſupra iam re- 6. MELCHIORIS SOITERI *bellum Pan-* Deſcribitur potiſſimum obſidio Vindobo- a Turcis a. 1529 fruſtra tentatae. 7. IOAN. *Epiſtola* de deditione inſulae Naxus 31). 8. MARTINI STELLAE *Epiſtolae de ſucceſſibus in Hungaria* A. 1543 et 1544. *tertio* inſunt: 1. MARTINI BARLETII *Caſtriota vulgo Scanderbeg.* 2. Idem *de Scodrae.*

Hamburg. Bibl. hiſt. Cent. X. p. 204—215.

FRANC. SANSOVINO (Romani hiſtorici et rhe- Sanſovino. † 1586) *Hiſtoria univerſale dell' origine ed im- di Turchi, raccolta ed in diverſi luoghi di nuovo — nella quale ſi contengono le leggi, gli , i coſtumi, e la militia di quella natione; con le coſe fatte da loro per terra e mare. Con le particolari de' Prencipi Ottomani; cominciando primo fondatore di quell' imperio, fine al preſente* in Venetia 1568. 4. ibid. 1582. 4. ibid. 4. Aucta a Comite MAJOLINO BISAC- ibid. 1654. 4. — Argumenta politica et

hiſtorica promiſcue tractantur, aliorumque
quam auctoris ſ. compilatoris diſſertationes
bentur: dignum tamen opus, quod paullo
ratius indicemus. Primo igitur libro e varii
ptoribus narratur de moribus, legibus et ca
niis gentis Osmanicae, de imperatoris aula
que ſervorum Chriſtianorum. Quibus adi
diſſertationes LUDOVICI BASSANO et THE
RI SPANDUGINI, Graeci, de variis Turc
ritibus; poſterioris quoque vita regis Perſici,
Schah Iſmael, iusque filii, *Schah Thamas*;
epiſtolae *Pii II* Pont. Rom. ad Muhammede
Imp. Osman., quibus illum ad religionem Ch
nam profitendam adhortatur. Libro ſecundo
A. CAMBINI diſſertatio de origine Turcarum
SPANDAGINI diſſ. de origine imperatorum
cicorum, PAULLI IOVII commentarius,
FONTANI deſcriptio belli Rhodii, Soliman
geſtae poſt captam Rhodum usque ad a. 15
epiſtola ſecretarii Sigismundi Malateſtae de
geſtis Muhammedis II in Peloponneſo. Libr
tio: Chronicon breve hiſtoriae Saracenica
Turcicae; diſſertatio de Muhammede eiusqu
ceſſoribus; LEONHARDI, Archiepiſcopi M
et Cardinalis ISIDORI ad Nicolaum V Pont.
de capta a Turcis CPoli, atque CHRIST. RI
RII narratio de eodem argumento; variae
que diſſertationes de Dalmatia, Negropontia,
derbego, et de expeditione Philippi II, regis
niae, contra Mauros in Africa.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 112 ſq.

Eiusd. *Annali turcheſchi, overo le vite de' P*
e Signori della caſa Othomana. Venet. 1571.

Folieta. UBERTUS FOLIETA (*Genuenſis, Rhetor*
ſtoricus † 1581) de cauſſis magnitudinis Turc
im

id M. Antonium Columnam, Cardinalem. ıſtant editiones, et in Italia et in Germa- ıae. Novimus tamen ſolummodo binas, nter Folietae opera (*Romae* 1574 4) P. I. o rariſſima!) alteram, quam *David Chy-* nuo formis deſcribi iuſſit, hoc quidem *De cauſſis magnitudinis imperii Turcici et t felicitatis Turcarum in bellis perpetuae,* olietae, *Genuenſis, lucubratio. Cui adiuncta Imp. Turcicorum et narratio belli Cyprii ctos et Turcas ſuperioribus annis geſti.* Ro- 94. 8. In dedicatione vehementer hunc Chytraeus laudat.

LEUNCLAUII (*vulgo* LOEWENKLAU, *i. nobilis Angrivarii Weſtphaliae, Ilti, Hi- Philologi, mox Sabaudi, mox Viennenſis* Annales Sultanorum Othmanidarum a ua lingua ſcripti. Francof. 1588. 4. — hiſtoricum librum Turcice ſcriptum, ex us quid cònſtaret de Osmanidarum ori- ncipum veris nominibus ac rebus geſtis, am ex peregrinatione in Palaeſtinam a. dux *Hieronymus Beck a Leopoldstorf* refe- rdinando I. Caeſari ſ. Regi Rom. obtulit. ı hoc volumen manu ſcriptum IOANNI R, alias SPIEGEL, interpreti Turcico, in n Theotiſcum vertendum tradidit. Latuit haec verſio per ſex ferme luſtra, donec UNCLAVIUS, Conſtantinopoli Viennam eandemque cum autographo, quod in II Imp. bibliotheca aſſervabatur, adiutus ANO *Ungaro*, Turcicae, Arabicae, Per- linguae gnaro, revidendi copiam nactus, quidem Latine, deinde et Theotiſce edidit. adhuc laudem meretur *Leunclavius*, quod les, qui deſinunt in annum Chriſti 1550, usque

Leunclau.

usque ad annum 1588 continuaverit. Optimum de hoc doctissimo viro iudicium fert *Thuanus* in fine libri CIV hist. sui temporis ad a. 1593: „*Ioan. Leunclavius* — iuris Romani Graecique consultissimus, et rerum Turcicarum apprime peritus, aliquas linguae ipsius Byzantina peregrinatione comparatam cognitionem, exactam ultimae historiae Graecae lectionem, et acre et admirandum iudicium attulit; quod non solum in scriptis ab ipso, dum viveret, publicatis, sed et in iis, quae post mortem eius edita sunt, elucet." Contrariae quidem opinionis in *Commentario suo ad bibliothecam Vindob. Caes.* (T. I. p. 97 ed. Kollar.) *Lambecius* est, in laudes viri huius parcus admodum, et cum insuper animi ingratissimi erga *Blotium*, bibliothecarium Vindobonensem, insimulans. Fallere caeterum *Conringium*, qui auctorem hunc cum *Davide Ungnadio*, legato Caesareo, CPoli fuisse asserit, bina ipsius *Leunclavii* asserta non vane demonstrant; quorum uno in *descriptione Lichtensteiniana ad aulam Turcicam legationis*, quae in finem mensis Augusti 1584 incidit, se huic interfuisse socium testatur, anno vero 1585 a praedicta metropoli sese discessisse, in praefatione ad annales Sultanorum comprobat altero. — Eorundem, quos *Ioh. Gaudier* Theotisce, et *Leunclavius* Latine expressit, Annalium Sultanorum partem primam, ex alio MSto exemplo, narrationum et actionum pluralitate copiosiore, iterum Latine transtulit sub titulo: *Translatae Turcicae Chronicae*, IOH. BAPTISTA PODESTA, Caesareus orientalium linguarum Secretarius, quae versio prodiit *Norimb.* 1672. 8.

Eiusd. Pandectae historiae Turcicae, adiectae operi praedicto, illustrant narrationes Turcicas, easque cum historia Graeca, Itala, Francogallica ac Germanica conferunt. Elaborationi harum anno-

ionum inſervierunt ſexaginta circiter libri
rpreſſi et manu ſcripti.
ed. Hiſtoria Viennae Auſtriacae a Turcis
) obſeſſae, finem imponit volumini iſti, per-
aro. Editio altera cum *Chalcondyla*, opera
Fabrotti, *Pariſiis* 1650. in fol. curata eſt.
itur etiam editiones *Francofurtenſes* a. 1596.
1690. fol. et 1698. fol.
ed. *Neue Chronica Türkiſcher Nation von vier*
s. Frankfurt 1590. fol. Libro primo inſunt
s Sultanorum modo memorati ab a. 1303
ad a. 1550; ſecundo, continuatio ad a.
tertio Pandectae hiſtoriae Turcicae; quarto:
ILLI PESELII deſcriptio obſidionis Vien-
a. 1529. 2. NIC. HAUNOLDI, Vratisla-
i, deſcriptio circumciſionis Sultani Muham-
a. 1582. 3. HENRICI DE LICHTENSTEIN
lio nuptiarum Ibrahimi, Magni Viſirii,
ſi.
ed. Hiſtoriae Muſulmanae Turcorum, de
nentis ipſorum exſcriptae, libri XVIII. *Fran-*
591. fol. Libri ſinguli ſic inſcripti ſunt: 1. de
imperiis Muſulmanicis, Agarenico, Tograno
dinio. 2. Ertogrulius, vel Osmanidarum
3. Osmannicus. 4. Urchanius. 5. Mura-
6. Bajaſiticus. 7. Temurius. 8. Anarchia,
us. 10. Suleimannicus. 11. Muſaicus. 12.
neticus. 13. Muſtaphaeus. 14. De Murate II.
: Muhamete II. 16. De Bajaſite II. 17. De
I. 18. De Suleimanno II. Praemiſſae ſunt
: genealogicae. In praefatione agitur de
nentis, quibus imperium Osmanorum niti-
iuſaeque percenſentur, cur gens iſta non
ſcenda ſit. In calce operis exſtat *Index Li-*
us Osmanidarum, cum epiſtolis quibusdam,
Onomaſticum duplex. Leunclavio animus
erat,

erat, triginta huius generis libros c octodecim vero ſolum, in a. 1552 fini borare potuit. Ante quam archety finem imponeret, verſionem operis T incepit: libros autem tres priores f Theotiſce reddidit; quae verſio prodi 1590. fol. ibid. 1595. fol. Auctior dici archetypo.

Cf. *Hamburgiſche Bibliotheca hiſt.* Cent. X. LUEDEKE l. c. T. II. p. 116 ſqq. (DE JENISCH) Comment. de fatis lingg 138 ſq. 154 ſq.

Boiſſard. IOH. IACOBI BOISSARDI (*Veſon chaeologi et Bibliographi Metenſis* † 1602 icones Sultanorum Turcicorum, Princ ſarum, aliorumque illuſtrium heroum he que, ab Osmanne usque ad Mahomet vivum expreſſae et in aes inciſae per *Th Bry. Francof. ad Moen.* 1596. 4. *Iena* (hoc quidem titulo: *Res Turcicae*, hoc *ſcriptio vitae rerumque* geſtarum Imperato cicorum, Principum Perſarum, aliorur ſtrium Heroum Heroinarumque, ex l annalibus Turcicis deſumta, additis ico inciſis, authore *I. I. B.* Rariſſima haec citur.) *Theotiſce Francof.* 1596. 4. cum fig Rationem in hoc opere, inſigniter raro, Boiſſardiana, talem ſervat auctor, ut ic mo exhibeat, dein brevem addat vitae nem. Icones autem ſumſiſſe ſe ait e metallis, Conſtantinopoli Ferdinando Im Schulzius vero l. c. p. 417. illas nullius affirmat.

Tubero. LUDOVICUS CERVARIUS TUBER *Melitenſis in Dalmatia* † ....) de Turc gine, moribus et rebus geſtis. *Florentiae*

UBENTII RISEBERGII compendiaria re- Riſeberg.
Turcicarum relatio. *Helmſt.* 1596. 8.

ORGII BERTHOLDI PONTANI (*Bohemi,* Pontanus.
laureati, Martino Archiepiſcopo Pragenſi a
, et Praepoſiti Metropolitanae eccleſiae Pra-
16..) hiſtoria rerum Turcicarum. *Francof.*
4. — Uberior forte huius libri notitia
poterit e *Voigtii* Effigiebus doctorum Bo-
P. II. p. 22, quae nunc non ad manus ſunt.

ACHIMI CAMERARII Commentarii duo Camera-
us Turcicis a filiis nunc primum collecti ac rius.
Acceſſere et alia nonnulla lectu admodum
et utilia, quae in adverſa pagina indicantur.
Imperatorum Turcicorum Chronologi-
Franciſco Sanſovino de Italico in Latinum
converſum: Domini *de la Nue* Galli,
bellici clariſſimi, diſputatio de bello
, Latine de Gallico ſermone interpretata.
Sſmiani — oratio protreptica, qua Chri-
bellum Turcicum excitantur. Cui acceſſit
, Regis Neapolitani ſapientiſſimi, oratiun-
eadem argumenti, opera Iohannis Weidneri
delii. *Francof.* 1598. fol.

dromus rerum Turcico-Pannonicarum. Crauel.
: M. A. C. L. (*i. e.* Magiſter ADELARIUS
ILIUS, *Leubingenſis.* Fuit ſcholae Moeno-
furtenſis Rector. Nihil amplius de eo nobis
.) *Francof.* 1603. 4. *ibid.* 1627. 4. — Opus,
ſtoria Osmanorum ab expugnatione CPo-
que ad a. 1600 illuſtratur, duabus abſolvi-
ibus. Et prima quidem excerpta e variis
ous, v. c. e *Richerio, Bonfinio, Paullo Iovio,*
rio, Sleidano, Sambuco, comprehendit: altera
uberonis commentarium de temporibus ſuis,
m quoque a Crauelio editum; de quo infra.
e partis alterius Turcica et Hungariae
aucto-

auctoris ſunt. Candoris ac veritatis ſt
commendat.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. X. p. 215 ſqq.

Baudier. MICHAEL BAUDIER (conſiliarii et hiſt
phi Ludovici XIV, regis Galliarum) *Inve*
l'hiſtoire générale des Turcs. à Paris 16..
1620. 4. ibid. 1631. 4.

Beſold. CHRISTOPHORI BESOLDI (*Ulmi et*
Tubingenſis † 1638) hiſtoria Conſtantino
poli avulſum a Carolo M. occidentem a
usque tempora deducta. *Argent.* 1634.
in 8. — *I. M. Gejnerus* in praelectionibu
mas a ſe ductas lineas ſtagoges in eruditionem
verſalem (T. I. p. 421 edit a. 1774) ſe
ſententiam de hoc libro tradit: „Liber eſt
Addidit res Turcicas, Hieroſolymitanas et
utriusque, quia nimirum coniunctiſſimae cu
ſtantinopoli fuerunt. Nihil poſuit, niſi ip
auctorum, et ordinavit loca, quae legerat,
hic liber fundamenta dare hiſtoriae exp
Hiſtoria deducta usque ad Muradem IV, qui
imperium nactus eſt.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. VII. p. 103 ſqq

Knolles. RICHARD KNOLLES (Rectoris Schola
vicenſis † 1610) *Turkiſh Hiſtory.* Opus, p
tioribus in hoc genere adſcribendum, ſaep
tum et ab aliis locupletatum fuit. Prima ed
latet. Neſcimus etiam, qui Londinenſem
II Voll. in fol. condiderit. Hiſtoria in hac
continuata usque ad a. 1623. Ulterius u

Rycaut ſ. Ricaut. a. 1677 perducta a PAULLO RYCAUT ſ. R
qui olim ſeptennio integro Comiti WINCH
Caroli II, Britanniarum regis, ad Impe
Turcicum Legato, a ſecretis fuerat, et
tempore totis undecim annis Conſulis, qu

, Smyrnaei officio cum laude functus est; propter eius continuatio praestantissima huius is pars est. Sexta *Knollii* et *Rigaltii* editio dit *Londini* 1687. II Voll. in fol. in qua ROGE- Manley. IS MANLEY historiam usque ad a. 1687 per- it. Adiectus quoque est eiusdem *Rigaltii* tra- us de statu imperii Ottomanici, de quo infra. ltii continuatio *Francogallice* reddita a *Brioto*, f. 167 . . *ibid.* 1683. IV Voll. in 12 mai. Ex rsione *Itala* enata prodiit *Bononiae* 1674. 12. i historia *Belgice* exstat, *Amst.* 1670. 4.

Acta Erud. a. 1684. p. 114 sqq.

GASPAR MAURERS *Türkische Chronick.* Nürnb. Maurer. 9. 8.

Nec contemnendum est ANTONII VERDE- du Ver- *Compendium rerum Turcicarum* Gallice scriptum, dier. sis 1662. 12.“ Ita Bibl. hist. Struvio-Bude- p. 208.

IACOBI STRUCKHUSEN Syntagma historiae Struckhu- beno-Turcicae, quo a Muhammede I Sarace- sen. m Phylarcho et Pseudo-Propheta ad Muham- em IV hodiernum Turcorum Padiscachum rsae propemodum Muslimicae gentis origines, ria, horumque vices, res item vario Marte e, et quae a. 1042 inde in Saracenicis Turci- e regnis memoratu praecipue digna contigere, ndum ductum optimorum huius argumenti orum, praesertim vero ad Arabum Turco- que annalium fidem, traduntur. *Helmst.* 1664. pagg. in 4. — Auctor, Hildesheimensis, tunc poris, cum syntagma hoc concinnaret atque et, erat in numero studiosorum Helmstadien- i, e Ienensi academia reversus; cumque ordo osophicus, singulari indultu, privatim docendi statem ipsi faceret, temporis illius, quo in

Hungaria caedibus et rapinis Turci omn
bant, rationem habens, ea, quae ad Sar
et Turcicum imperium ſpectant, compen
randa in ſe ſuſcepit. In rebus Saracenic
mum ſequitur Cedrenum et Zonaram,
manicis Nicephorum Gregoram, Nicetan
tem, Laonicum Chalcondylam, et Io.
vium.

Cf. FABRICII hiſt. bibl. ſuae P. V. p. 171

de Stochove. VINC. DE STOCHOVE *l' Othoman,*
des Empereurs Turcs. à Amſterd. 1665. 1
zius l. c. p. 417 ſolum huius libri, no
ignoti, titulum poſuit.

Sagredo. IOHANNIS SAGREDO (Nobilis Venet
ſuae Legati in Gallia et Anglia, poſtea
toris S. Marci † . . . .) *Memorie iſtoriche*
narchi Ottomanni, di quali contiene queſto
vita e l'impreſe d' Ottomanno, Orcano,
primo, Amurat 1, Bajazet 1, Joſue M
Moiſe, Meemet 1, Amurat 2, Meemet 2, I
Selimo 1, Solimanno 2, Selimo 2, Amura
met 3, Acmar, Muſtafa, Osmanno, Amur
nezia 1673. 4. ibid. 1676. 4. Bologna,
Venezia 1679. 4. Venezia 1697. 4. *Fra*
auctore *Laurent,* Pariſ. 1724. V Voll. in 1
Praeclaris hiſtoricis adnumeratur *Sagr*
quidem immerito: excipias tamen partium
quo vehementer laborat. Odio enim in
perſequitur Osmanos, Venetorum hoſtes
biles, aequitati nullibi locum cedens. I
libris omnem Turcarum hiſtoriam, ab a.
que ad 1646 (non 1640, ut alii volunt) c
tur. Copioſiores fiunt narrationes de rece
imperatoribus, inde a Solimano II, cuius

ɔnuntur. Turcarum leges et mores haud
ıe ſunt.

ıGEMANNI *Magazin der italieniſchen Littera-*
T. IV. p. 363 ſqq.

RIOLAVA FORMANTI *Raccolta delle hiſto-* Formanti.
vite de gl' imperatori Ottomani, ſino à Me-
IV. Con il ragguaglio della ribellione de gli
ri, e dell' aſſedio di Vienna. Venetia 1684. 4.
tus (T. XIV. p. 73.) huius libri meminit;
ios, quos conſulere licuit, altum ſilentium,
ı auctore, tum de eius libro.

ıNEL (Conſiliarii regii Francogallici † ....) Vanel.
ıuveau de l'hiſtoire générale des Turcs, où
ıuits les évenemens et les revolutions arrivées
ıtte vaſte Monarchie, depuis ſon etabliſſement
à préſent. à Paris 1689. IV Voll. in 12. ibid.
IV Voll. in 12. — Hiſtoria usque ad Soli-
III ſive ad a. 1688 deducta eſt. Praemiſſa
ratio, huc non pertinens, de origine reli-
Muhammedicae, de Muhammede, imperio-
alifarum. In expoſitione hiſtoriae Sultano-
urcicorum ſequitur potiſſimum Leuncla-
agredum et Rigaltium, ut et annales Hun-
atque Polonos.

HULZ. l. c. T. III. p. 413.

Hiſtory of the growth and decay of the Oth- Cantemir.
pire. Part I, containing the growth of the
Empire from the reign of Othman the Foun-
he reign of Mahometh IV, that is from the
o to the Siege of Vienna 1683. P. II, con-
he decay — from the reign of Mahometh IV,
ign of Achmet III. Written originally in
/ DEMETRIUS CANTEMIR, *late Prince*
avia. Translated into Engliſh from the
new Manuſcript, by N. Tindal, *M. A. Vicar*

*of great Waltham in Eſſex. Adorn'd with
of the Turkiſh Emperors, Ingraven from
ken from Originals in the Grand Seignio
by the late Sultan's Painter.* London
Francogallice, libere nimis, auctore *de*
à Paris 1743. IV Voll. in 12 mai. *Theot*
Laurent. Schmid) Hamburg. 1745. 4.
verſio ex Anglicana confecta. — Auc
operis, cuius archetypum nunquam in
lucem prodiit, natus eſt a. 1673, patrem
Conſtantinum Cantemir, primum parti ſal
daviae praefectum, ſucceſſu temporis to
patet, Principem. Inter conditiones c
eum dignitatis haec erat, ut unum al
filiis CPolin mitteret, paternae fidei futu
dem. Quo pacto noſter Demetrius a.
ſe conferre iuſſus eſt. Ab eo inde tempo
ad a. 1710, praeterquam quod nonnu
breve unius aut duorum annorum ſpatiu
reviſeret, etiam ſemel Magnum Viſirium
proficiſcentem comitaretur, Turcicique
apud Zentam cladis ex altera fluminis
eſſet oculatus, perpetuum CPoli domicil
ſtituens, in hoc totus fuit, ut Turcorum
inſtituta et mores ſibi redderet quam f
mos. Circiter annum 1710 Moldaviae
creatus, nec multo poſt a Magno Viſ
affectus iniuria, iugum Turcicum excut
cum univerſa Moldavia in libertatem
clam meditabatur. His conſiliis agitat
ſupervenit miſſus a Petro I, Ruſſorum M
expertae fidei homo, opem pollicitus, m
in poſterum fidem ac obſequia, a clienti
ſtari ſolita, exhiberet, armaque contra Tu
ipſis ſociaret. Icto his legibus foedere,
cum exercitu Ruſſorum copiis, ipſe in

rvenit diſcrimen. Obſeſſo quippe ad flu-
uth cum omni milite Petro tantasque in
s redacto, ut in pacis impetratione, quali-
que ſub conditionibus datae, ſalus unice
ideretur, Moldaviae Principem atrociſſimis
tionibus ſibi dedi poſtulabant Turci, nec
fortaſſis potuiſſet, niſi, diſſimulata eius in
raeſentia, in carpento Imperatricis tam diu
ſient, donec, peracto pacis negotio, tuto
ſi ſeſe offerret occaſio. Spe igitur Molda-
tinendi excluſus, accepto diplomate, qua
reparationem, liberumque in terris ſuis re-
um, largiebatur Ruſſorum Imperator, a.
cum mille aut pluribus Nobilibus Mol-
matas ſibi in Ruſſia ſedes ivit occupatum.
; ne minimam quidem dignitatis iacturam
retur, in Ruſſici Imperii Principes lectus,
ſub Sereniſſimae Celſitudinis cohoneſtatus
ceſſu temporis, poſteaquam Petropolin
raverat, aulae admoveri coeptus, ſummam
in conſiliis dandis dexteritatis retulit lau-
andem Imperatorem, in Perſas iter facien-
ui iuſſus, graviſſimoque in via morbo cor-
a. 1723 diem obiit ſupremum. Excelluit
um linguarum cognitione; praeter Grae-
n veterem, Slavonicam et Gallicam, qui-
m in modum eruditus erat, Turcorum,
, Perſarum, Graecorum hodiernorum,
m, Italorum, Ruſſorum et Moldavorum,
que ſermoni adeo ſe aſſuefecerat, ut in
ue commode verba facere valeret. In
iam ac matheſin haud proletaria quidem
ubuit, architecturae in primis ſtudio de-
otiſſimum tamen hiſtoriae utilitate pariter
tate inflammatus, ad eam excolendam
damve curas omnes cogitationesque con-

vertit. Libros reliquit bene multos, pa
rici, partim philoſophici argumenti.
editionem debemus *Antiocho*, Demetrii
temir, qui ab Imperatrice Ruſſorum cu
quam legatis alias tribui ſolet, auctorit
ractere de Miniſtre plenipotentiaire) in
miſſus, allatum ſecum MStum codicem
vertendum atque praelo ſubiiciendum
Binae praefationes ſunt praefixae, altera
ſtae brevior, de orthographia ac pron
vocabulorum nonnullorum Turcicoru
praemonentis. Maioris momenti res cc
altera, quippe in qua auctor, praepa
ipſam hiſtoriam loco, tres vexatiſſimas q
in quarum ſolutione multum graviſſim
caſſe arguit ſcriptores Chriſtianos, de ae
Turcicae, quam Hegiram vocant, cum
comparandae ratione, de nomine ac g
corum, denique de imperialis Osmanid
liae origine, data opera excuſſit. Opu
duas partes, prior in tres rurſus libros,
quibus XIX Imperatorum vitae ac res g
rantur. Primus ſpatium ab Osmano I
ſic dictum interregnum ſub Solimano
a. 1401 complectitur. Secundus ſub Mul
a. 1451, tertius vero ſub Muhammede
ſubſiſtit. Ab eo enim inde tempore o
quam maxime infringi coeperunt et dir
tera pars uno libro abſolvitur, rerumqu
hammede IV, Solimano II (III), Achme
ſtapha II, Achmede III geſtarum hiſtoria
In hiſtoria conficienda non optimae f
Turcos et Perſas notae ſcriptoribus uſi
et ex relatu virorum uſu et experienti
rum, item ex chartis et monimentis
quorum haud exiguum numerum co

ma intexuit. A Chriſtianis contra hiſtoricis
icere aut quicquam in commentarios ſuos
ſumere, conſulto noluiſſe videtur, nec ullius
: mentionem fieri ſcriptaque citari reperias,
ubi rem vel obſcurius, vel absque idoneis ar-
entis, vel prorſus falſo, commemoratam in
rem lucem collocandi, novis firmamentis ful-
di, aut, errore patefacto, in veritatem revo-
li, ſuppetebat copia. Dici igitur vix poteſt,
ıtopere caeterorum ſcriptorum, qui in eodem
mento illuſtrando Cantemirium praeiverunt,
brationibus opus hocce antecellat. Praeter-
n enim quod plurima nomina propria, ob
ıtalium linguarum ignorationem miſere depra-
, emendatius legantur; in rebus geſtis enume-
is temporum ordo haud perfecte quidem, ta-
melius ſervetur; de conſiliorum arcanis re-
ıue actarum cauſſis certiora ſuppeditentur;
itatum atque officiorum, cum militarium, tum
um, clarior notitia praebeatur, et quae ſunt
ı huiusmodi: tum innumera alia proferuntur
ſus nova, praecipue ratione rerum civilium
riique adminiſtrationis. Praeter ea, quae *Reis-*
in Prodidagmatibus nimis acriter, ut nobis
m videtur, arguit, diſplicet partium ſtudium,
auctor, Turcis nimium inimicus, paſſim la-
t. In rebus geographicis, hiſtoricis etiam,
n titubat. Inter operis vitia neſcimus, an lau-
referendum ſit, a continenti et perpetua lectio-
m crebro avocari lectorem, atque ad ſubiectas
extui annotationes remitti: cuius tamen inter-
tionis moleſtiam abunde compenſant digreſſio-
quanto longiores, tanto plerumque lectu
ores atque iucundiores.

Nova Acta Erud. a. 1738. p. 97—105.

de Guignes. Multa, ex parte nova, de Turcarum origine primisque dynastiis, e MStis Sinensibus aliisque orientalibus, in bibliotheca regia Parisina asservatis, eruit ac cum republica litteraria largiter communicavit IOSEPHUS DE GUIGNES, interpres regius linguarum orient. Prof. linguae Syriacae Paris. sociusque acad. inscript. et litterarum elegantiorum, in opere, de quo alibi fusius agetur, immortali: *Histoire générale des Huns, des Turcs, des Mogols, et des autres Tartares occidentaux etc.* (à Paris 1756 — 1758. V Voll. in 4. *Theotisce* a *Ioh. Carolo Daehnert*, Gryphiswaldiae 1768 — 1771. V Voll. in 4.) volumine potissimum primo p. 489 sqq. vers. Theot.

de la Croix. DE LA CROIX (*Monachi Augustini, Professoris Neapolitani . . . .*) *Abrégé chronologique de l'histoire Ottomane.* à Paris 1768. II Voll. in 8. *Theotisce* cum emendationibus et additamentis interpretis *Ioh. Christoph. Frid. Schulzii*, Professoris linguarum orient. et graecae Giessensis, *Lipsiae* 1769 — 1772. (Exempla operis etiam sunt, quorum tria volumina annum 1772 prae se ferunt.) III Voll. in 8 mai. — Ordine chronologico eaque ratione, qua *Henaultius*, historiae Francicae cultor dexterrimus, primum usus fuit, *de la Croix* enarrat potissimum Osmanorum res bellicas, insertis tamen hinc inde iis, quae res in pace gestas, leges, mores, ritus ac caerimonias illustrant. Ita historia imperatorum ab Osmano I usque ad Muhammedem V (s. potius Mahhmudem I. a. 1730) traditur. Introductio in hanc historiam ex opere Deguignesiano, modo laudato, hausta est. In historia ipsa auctor duces sequitur potissimum *Sagredum*, *Knollesium*, *Rigaltium* et *Cantemirium*. Nova hic frustra quaesiveris. Adiecta sunt calcibus voluminum historiae populorum aliorum Asiaticorum, cum Osmanis cognatorum,

c. Tatarorum, Perſarum quoque, et Sol-
Aegyptiacorum, adeoque Polonorum,
n, Bohemorum ac Ruſſorum, breviter
et ex fontibus turbidis, ex hiſtoria uni-
ıglica in primis, hauſtae, ideoque erro-
ıeptiarum plenae. Multa huius generis
Theotiſcus exſtirpavit, aliisque modis
ı praeſtantiorem reddidit archetypo. Non
im interpretis officiis probe functus eſt,
auctorem multis in locis errantem in
ıxit rectam, additamentis nonnullis, plu-
emus, hiſtoriam auxit, recentiorem hi-
ıque ad finem imperii Muſtaphae III, bre-
cet, nullisque teſtibus laudatis, addidit,
Ruſſiae, ab auctore vitioſiſſime narratam,
chloezero et *Lomonoſſio*, mutavit melio-
ıxpoſuit, atque orthographiam vocabulo-
ınumque orientalium, a Francogallo pla-
ıtam, ita, ut Arabes ac Turci ſolent, ſe-
Parti ſecundae appoſuit mappam imperii
ı geographicam, e Comitis *Marſigli* opere,
ferius recenſendo, deſumtam, paſſim ta-
ndatam et mutatam. Haud pauca igitur
praeſtitit, plura, ut confidimus, praeſti-
nunc Francogallo opem ferre deberet.
c fieri poterit, ſi nova operis editio cu-
et.

ttinq. gel. Anzeig. a. 1769. p. 562 ſqq. a. 1770.
be p. 33 ſq. p. 313 ſq. a. 1773. p. 68 ſq.
teut. Bibl. T. XV. p. 103—119. T. XVII. p.
ı.

ıoт, *Abbé de Scellieres, Conſeiller hono-* Mignot.
Grand-Conſeil, Hiſtoire de l' Empire Otto-
uis ſon origine juſqu' à la paix de Belgrade
à Paris 1771. IV Voll. in 12 mai. aut uno
: in 4. *Theotiſce* a *Ioh. Godofredo Wachs-*

muth, Archidiacono Kembergenſi, *Mitau.* et 1774. III Voll. in 8 mai. — Osmanorum hi hoc opere nec luce clariore affuſa, nec novi pertis documentis aut relationibus incrementa Licet enim auctor glorietur, ſe, Orientis lin ignorantem, a *Cardonnio*, quem ſupra laudavi adiutum, verſiones codicum manu ſcripto orientalium e bibliotheca regia Pariſina ante los habuiſſe, a Barone *de Tott*, CPoli diu ſante, varia hucusque ignota accepiſſe, ſibiqu archivo regio relationes legatorum Francicoru aula Turcica per ducentos abhinc annos ver tium communicatas fuiſſe: fruſtra tamen, ſi e pias aulae Osmanicae artes, imperium labaſ ſuſtentandi, temporibus recentioribus cultas, n inauditave quaeres; nihil, quod non antea ia Rigaltio, Cantemirio aliisque, a *de la Croix* a bitis, dictum fuerit; adeoque plurima iſta, qu Francogallus magniloquus ſuperbit, vana fictaque, lectoribusque incautis oculos adim Interpres Theotiſcus, ante quam ſe ad labo ingratum accingeret, comparare debuiſſet libi cum prioribus, et a propoſito profecto tunc ſe ſtinuiſſet.

Cf. *Allg. teut. Bibl.* T. XXVI. 545—552.

Guthrie et Heyne. Digna etiam eſt, quae conſulatur, hiſtoria manorum, inſerta operi ſaepius a nobis cita GUTHRIE etc. *Allgemeine Weltgeſchichte*, nimir ſecundum verſionem Theotiſcam, a C. G. HE NIO emendationibus et additamentis cultam. Ii vero parti II voluminis VII. (*Lipſ.* 1772. 8.)

d'Anville. D'ANVILLE *Empire Turc conſidéré dans établiſſement et dans ſes accroiſſemens ſucceſſifs.* à P. 1772. 8. *Theotiſce* a *C. F. Hugo*, cum annota nibus et additamentis *Antonii Frid. Büſch*

Be

.1773. 8. — Auctor more ſolito, i. e. accu- oſtendit, quibus rationibus ac temporibus im- m Osmanorum ſenſim incrementa ceperit, otius fines ſuos dilataverit. Inde hiſtoriam orum eo ſolum ſcopo perluſtrat, quantum t novas terras occupaverint easque veteribus rint; ad annum quidem 1739, quo pax Bel- lenſis ſancita. Ita libellus brevis quaſi epi- hiſtoriae Turcicae eſt, non pueris quidem s, ſed viris, qui lacunas, quas auctoris peritia us vulgo notis feciſſe videtur, facile explere t. Additamenta Büſchingiana maximam par- deſumta ſunt e *Niebuhrii* itinerario, *Marſilii* de Turcarum re militari, et *Mignoti* hiſtoria recenſita.

GEON, *Secrétaire-interprete du Roi (de France) reſpondant de l'academie des inſcriptions et bel- tres, Nouveaux contes Turcs et Arabes, pré- tus abrégé chronologique de l'hiſtoire de la mai- ttomane et du gouvernement de l'Egypte, et de pluſieurs morceaux de poëſie et de proſe, tra- de l'Arabe et du Turc.* à Paris 1781. II Voll. mai. — Epitome, cuius epigraphe operis nit, e MSto Arabico in ſermonem Franco- m verſa dicitur. De auctore interpres plane ert, ne quidem nomen eius. Utrum hiſtoria norum novam inde acceperit lucem, an non, non habemus, cum libri notitia nobis ſolum ex ephemeridibus Gallicis: *Journal encyclo- e.* a. 1781. T. V. P. III. p. 464 ſqq. Digeon.

2. *Scriptores ſpeciales.*

cta Mechmeti I, Saracenorum principis; ge- gia ſucceſſorum eius, usque ad Mechmet III. inia Severi et Leonis imperatorum, interitum regni Acta Mechmeti I etc.

regni Turcici praedicentia. · Cum iconibu
Theod. de Bry. Francof. 1597. 4.

Codja Effendi. *Hiſtoire du regne du Sultan Orchan, ſeco pereur des Turcs, écrite en langue Turque par* EFFENDI, *et traduite en Anglois par* Will mon. *à Londres* 1652. 12.

Maumetis epiſt. Epiſtolae MAUMETIS (Muhammedis II) carum Imperatoris elegantiſſime multa pru acrimonia referte (*Lipſ.* 1488. 4.) (ibid. 149 Alia editio in 4. ſine anni mentione prodii titulo: *Laudinii*, Equitis Hieroſolimitani, ad cinum Beltrandum Comitem in Epiſtolas · Turci Praefatio. In fine leguntur haec · Epiſtolae Magni Turci finiunt, a Laudino Hieroſolimitano editae. G. F. T. (*Gerardus Tarviſii*). Anno 1510 prodierunt *Symmachi* Rom. Epiſtolae familiares; item *Laudini*, Hieroſolymitani, in epiſtolas Turci magn ductio. *Argent.* ex officina Ioannis Schotti penſis Georgii Maxilli, in 4. Anno autem haec collectio: Epiſtolarum *Symmachi* Lib. II. *Ambroſii* Epiſtolae in Symmachum II. et Ep *Magni Turci* a *Laudino* Equ. Hier. Lat. re *Baſil.* ex officina Frobenii, in 8. Exſtat etiam *Marpurg. Cattorum* 1604. 8. Easdem ep edidit M. *Ioh. Auguſtin. Egenolfus* hoc titulo: Turci i. e. MAHOMETI Secundi, Turcarun peratoris, Epiſtolae, in gratiam ſtudioſae iuv tis, cum brevibus notis, et diverſis lectio Anno MDCLXXX denuo editae. *Dresdae* (pp. 71). Recentior Egenolfiana eiusmodi titulo: Epiſtolae MAHOMETIS, Turcarum ratoris, elegantiſſimae, multa prudentia acrim que refertae. Accedunt vita Mahometis, item hiſtoria de imperatoribus Conſtantino nis, tyrannis Turcicis, regibusque Hungari

orum index in fine ſubiectus, cura et ſtu-
onis Goebelii Romhildenſis. *Francof. et Lipſ.*
12. — *Gilbertus Cognatus* illas inſeruit
rum Laconicarum atque ſelectarum farragini
quae *Baſil.* ex officina Io. Oporini 1554
:odiit. Habemus etiam *Laconicarum Epi-*
theſaurum bipartitum opera M. Ioannis
i a Gladbach *collectum et digeſtum*, Colon.
a, in quo reperiuntur Magni Turci epi-
. 623—651. In ſermonem Italicum con-
:xſtant hac epigraphe: *Lettere del gran Ma-*
II. Imper. de Turchi, ſcritte à diverſi Rè,
, Signori e Republiche, con le riſpoſte loro,
nella volgar lingua da Lodovico Dolce;
con le lettere di Falaride, *Tiranno degli Agri-*
tradotte dal Greco dal medeſimo. In Venezia
. — Largam haec editionum ſeges probat,
s epiſtolas re vera a Muhammede II ſcriptas
reditas: ſed recentiores cenſores illas ſup-
s, et a quodam exercitii cauſſa ſermone
Latino conſcriptas fuiſſe recte exiſtimant.

BOETZII) *Merkwürd. der königl. Bibl. zu Dres-*
T. I. p. 463.
TAGII Apparat. litter. T. I. p. 188 ſqq.

RANTE CARACCIOLI *Conte* DI BICCARI Caraccioli.
ntari delle guerre fatte co' Turchi da Don
ni d'Auſtria. Fiorenza 1581. 4.

ARE CAMPANA *Compendio iſtorico delle* Campana.
ſucceſſe tra Chriſtiani e Turchi e Turchi e Per-
' all' anno 1597. Venezia 1597. 4.

ſtoire du regne de Mahomet II, Empereur des Guillet.
ar le Sieur GUILLET. à Paris 1681. II Tomi
— Auctor diviſit opusculum in libros VII.
ab ortu Muhammedis huius, qui incidit in
Chr. 1430, finitque anno 1481, quo fla-
hoc Aſiae atque Europae, in medio victo-

riarum

riarum curſu, fato ſuo ſuccubuit. Stilo ſat ele commodo ordine, ſententiisque opportunis eſt Francogallus: ne tamen credas, omnem narrationem firmis niti fundamentis hiſtoricis

de Rocoles. *La Vie du Sultan Gemes, frere unique de zet II, Empereur des Turcs par le Sieur* I. I ROCOLES. à Leide 1683. 12. — Turci ſive Gemis, ſive Zizimi, aut aliud nomen h crudelitatem fratris fugientis, ſed ab Alexand Pontifice, aere Turcico corrupto, veneno ſu multi illorum temporum ſcriptores memine Excerpſit et examinavit illa Rocolius, addit ingenioſis digreſſionibus, commentarii hil modum implevit, in argumento fere ſterili.

Guazzo. MARCO GUAZZO *Hiſtoria delle guerre di hometo con la Signoria di Venetia, con il Re di I il Re di Napoli Ferdinando, l'aſſedio di Rodi la guerre di Bajazet fatte con il Carabogdan.* V 1545. 8.

Folieta. UBERTI FOLIETAE de ſacro foedere in mum libri quatuor. Eiusdem variae expedit in Africam, cum obſidione Melitenſi. Ac index copioſiſſimus rerum memorabilium. G 1587. 4. Exſtat etiam in *Graevii* Theſ. Ital. p. 937 — 1176. Liber in linguam Italicam a *Guaſtavini* converſus prodiit *Genuae* 1598. 4 Philippi, Hiſpaniarum regis, nomine Paullus f poſt Uberti mortem, opuſculum, caſte et pu ſcriptum, in lucem emiſit.

Cf. FREYTAGII Anal. p. 343.

Ancillon. *Hiſtoire de la Vie de Soliman Second, Emp des Turcs par* CHARLES ANCILLON, *Con d'Ambaſſade de Sa Maj. le Roy de Pruſſe, et Ju périeur des François qui ſont dans ſon Royaume e ſes autres Etats* († 1715). à Rotterdam 1706.

ultis variorum ſcriptorum relationibus Ancillo-
opuſculum concinnavit. Multa ibi memoratu
i occurrunt, nec ſine quadam animi delecta-
: legi poſſunt, quae de Solimani iteratis ad-
s Ungaros, Rhodios, Perſas atque Armenos
litionibus, de perpetua inter Solimanum et
lum V Imp. aemulatione, de foedere Gallo-
cum Turcis icto, de funeſtis Solimani cum
lana ſerva nuptiis, ac ſubſequentibus inter
odiis atque bellis internecinis, memoriae pro-

Poſt bella recenſita ad familiae Solimani
iptionem progreditur auctor, cuius tragica
nter collegit, additis inſuper ſatraparum ac
iratorum in aula Osmanica caſibus, et admix-
nnunquam, modo Imperatoris ipſius, modo
um quoque ſalſiſſimis ſapientiſſimisve dicteriis.
aefatione, quae dimidiam opuſculi partem
: conſtituit, de elogiis virorum illuſtrium in
ini opere immortali exſtantibus aliisque de
: fuſe differit.

Acta Erud. a. 1706. p. 206 ſqq.

NDREAE A LACUNA rerum prodigioſarum, a Lacuna.
in urbe Conſtantinopoli et in aliis ei finiti-
cciderunt a. 1542 narratio. *Antverp.* 1543....

ICOLAI A MOFFAN, *Burgundi*, Deſcriptio a Moffan.
idii Soltani Solymanni (II) in proprium filium
maximum Soltanum Muſtapham, a. 1553)
tum. *Baſil.* ap. Oporinum 1555. 8.; et in edi-
Vitebergenſi libri de origine Turcorum (1562)
recenſendae, in calce adiecta. In bibliotheca

ibidemque etiam in conſpectum noſtr
Nicolaus iſte *a Maſſau*. Poſtquam multu
ris perdideramus in huius ſcriptoris,
quos conſulere licuit, bibliographis ignoti
veſtigatione, adivimus cl. *Schwarzium*,
num, qui felicior tandem detexit, nome
a typographi et correctoris negligentia
traxiſſe, atque pro humanitate ſua nobisc
tiam exhibitam communicavit. Idem m
bibliothecae hiſtoricae editionibus annun
ſionis 1535 falſum atque legendum e
Addimus inſuper, a viro iſto doctiſſimo
in *Iſrael. Spachii* Nomenclatore ſcriptoru
ſophicorum atque philologicorum (*Argent.*
p. 552 nomen ſcriptoris iſtius alio modo c
apparere, *Maſſan* nimirum ibi expreſſum.
rum omnis iſta narratio XXVIII tantum
pagellas.

Devize. DEVIZE *Hiſtoire de Mahomet IV*
à Amſterd. 1688. II Voll. in 12.

Balthaſar. PAUL CONRAD BALTHASARS *Tür*
dem erſten Ottomanno an bis auf Kaiſer Mal
Nürnberg 1678. 12.

Hiſt. des Emp. Ott. *Hiſtoire des Empereurs Ottomans, conte*
ce qui s'eſt paſſé de plus remarquable ſous les
particulierement ſous celui de Mahomet IV
où l'on voit le detail de la guerre de Hc
conquetes des Venitiens, et les entrepriſes de.
et des Moſcovites. à Bruxelles 1689. 12 m

Flore hiſtorico etc. *Floro hiſtorico de la guerra movida p*
tan de los Turcos Mehemet IV contra el
Leopoldo I Emperador de Romanos el a
traduzido de Italiano en Caſtellano por D.
Bremundan. Madrid 1684 ſqq. V Voll. i
hoc opere rariſſimo nil nobis innoteſci
titulum, a *Freytagio* in Anal. p. 154 exh

Vita del P. M. F. Domenico de di S. Tomaſo detto Bulgarini.
Sultan Oſman, Ottomanno, figlio d' Ibraim
di Turchi. Libri X, di F. OTTAVIANO BUL-
INI (vicario generali congregationis S. Ma-
Sanitatis de Neapoli, ordinis Praedicatorum ſ.
nicanorum). *Napoli* 1689. 4. — Osmanus
fans cum matre Zafira, Ibrahimi concubina,
vectus ab equitibus Melitenſibus captus, re-
Chriſtianae adſcriptus, iuvenis ordini Prae-
rum ſe addixit, anno 1676 Prior ac Vica-
eneralis monaſteriorum Melitenſium ſui or-
mortuus eſt a. 1676. Praeter narrationem
bus geſtis huius Oſmani Bulgarinus inſeruit
as epiſtolas ab eodem, aut de eo ad eundem
s, itemque digreſſiones de ſerie omnium im-
rum Turcicorum, de bello Cretenſi, de
Ibraimi et Muhammedis Kiuprili, magni Vi-
de conventu S. Mariae Sanitatis Neapolitano,
id genus rebus.

Acta Erud. a. 1690. p. 601 ſqq.

Hiſtoire des grands Vizirs Mahomet Coprogli Chaſſepol.
et Achmet Coprogli Pacha; celle des trois der-
grands Seigneurs; de leurs Sultanes et princi-
favorites; avec les plus ſecrettes intrigues du
et pluſieurs autres particularités des guerres de
tie, Tranſylvanie, Hongrie, Candie et Pologne:
le plan de la bataille de Cotzchin. à Amſterd.
. 12 mai. Dedicationi ſubſcriptum nomen au-
DE CHASSEPOL. *Italice* librum reddidit *Go-*
Fontana. Venet. 1683. 12 mai.

Anecdotes ou Hiſtoire ſecrete de la maiſon Otto- Anecdo-
à Amſterd. 1722. II Voll. in 12. Verſio Itala, tes etc.
o auctior archetypo, prodiit hac inſcriptione:
dotti, oſſia la Storia ſegreta della Famiglia Otto-
tradotta dal Franceſe, divija in X libri, de'
bl. hiſtor. Vol. II. P. I. U *quali*

quali il IX e X ſono del Traduttore, e c
gli avvenimenti più rimarchevoli del Regn
ſtafa II, e di Achmet III, con le ultime guer
heria, e della Morea, e con le ſanguinoſe r
dell' Imperio della Perſia ſino all' anno 17
meſſa la relazione del Serraglio del Gran
della Città di Conſtantinopoli. Napoli 17
Sunt vera mixta fictis, temporis fallen
magis, quam animum recte inſtruendi c

de la Magdeleine. *Le Miroir Ottoman, avec un ſuccint re*
ce qui s'eſt paſſé de conſiderable pendant la
Turcs en Pologne juſqu'en 1676; par le
LA MAGDELEINE. à Baſle 1677. 8.

Cara Muſtapha etc. *Cara Muſtapha, grand Viſir, hiſtoire*
ſon elevation, ſes amours dans le Serail,
emplois, le vray ſujet qui lui a fait entre
ſiege de Vienne, et les particularités de
à Paris 1684. 12.

Relation etc. *Relation des deux Rebellions arrivées à*
tinople en 1730 et 1731, dans la depoſitio
met III et l'elevation au trone de Mahome
poſée ſur des Mémoires originaux reçus d
tinople. à la Haye 1737. 8.; et in A. F. I
Magazin für die neue Hiſtorie und (
(1771). P. VI. p. 1—46.

Dadich. Comitis FRANCISCI DADICH (olim
bus Valachiae et Moldaviae ab epiſtolis.
forte adhuc degentis) *Denkwürdigkeiten*
ſtantinopel vom Jahr 1710 *bis auf das J*
in I. C. Gattereri *Allgem. hiſt. Bibl.* T. IX
288. T. XI. p. 265—286. T. XII. p. 2
T. XIII. p. 227—284. T. XIV. p. 2
T. XV. p. 255—284. T. XVI. p. 195—
Permulta de hiſtoria ſtatuque politico r
cici per priorem ſaeculi noſtri dimidian
referuntur, quae alibi fruſtra quaeſiveris.

rum rerum hic expoſitarum auctor ipſe teſtis fuit culatus.

Plures etiam libri exſtant, in quibus bella Osmanorum cum aliis gentibus narrantur, quorum mentio fiet, ubi iſtarum gentium hiſtoriae ſcriptores recenſebimus. THOMAE MINADOI *Iſtoria della guerra fra Turchi e Perſiani* ſupra Vol. I. P. II. p. 51 iam a nobis memorata. Verſio, cuius notitia ibidem nos latuit, Theotiſca prodiit *Francof. ad Moen.* 1592. fol.

SECTIO III.

Scriptores de imperii Osmanici ſtatu politico, religioſo et domeſtico.

Praeter libros libellosque nonnullos, duabus ſectionibus ſuperioribus recenſitos, itineraria in finimis legatorumque Chriſtianorum relationes, hic gillatim in cenſum veniunt ſequentes.

Libellus de vita et moribus Turcarum, ante XX annos editus, cum praefatione Martini Luteri. *Viteb.* 1530. Libellus etc.

PHILIPPI CALLIMACHI *Experientis* (*gente Truſci, poſtea in Polonia commorati, Cracoviaeque mortui* 1496) Oratio de bello Turcis inferendo, habita ad Innocentium VIII P. R. a. 1486, ut illum ad ineundum cum rege Poloniae contra Turcas bellum excitaret. Primum prodiit cum eiusdem hiſtoria de his, quae a Venetis tentata ſunt, Perſis et Tartaris contra Turcos movendis, *Hagenoae*, ex officina Seceriana 1533: 4. Nic. Gerbelius curam hanc editionem curavit. Acceſſit poſtea *Petri Lazari* collectioni ſcriptorum rerum Perſicarum, vol. I. P. II. p. 51. a nobis recenſitae. Oratio Callimachus.

quidem eſt, ſed mere hiſtorica, de ſtatu imp
Osmanici, qualis ante CCCC annos fuerit.

Cf. FREYTAGII Apparat. litt. T. I. p. 463 ſq.

Geuffroy. F. A(NTON) GEUFFROY *Briefve deſcript de la Court du Grand Turc.* à Paris 1542. 8. Pri haec editio inſcio auctore a *Guil. Quinonio* cur errorum typographicorum plena eſt. Quaprop auctor ipſe correctiorem exhibuit *Pariſ.* 1543. Recuſa *ibid.* 1546. 8. *Guil. Godelevaeus* librum L tine reddidit *Baſil.* 1573. 8. Cuius editionis e graphe: *Aulae Turcicae Othomanicique imperii ſcriptio, qua Turcarum palatina officia, mores, ſa item Mahometicae imperiorumque ex ea proden ſtatus, luculenter enarrantur* etc. Accefferunt, quam altera pars, tria PETRI BIZARI ſcripta, quibus alibi. Male Geufraei opuſculum tribui Bizaro in Bibl. Struvio-Buder. p. 213. Nova verſionem Latinam elaboravit *Nicolaus Hon* (ſ. *Honinger* ſ. *Hoeniger*, varie enim ſcribitur) Ko nigshofa-Francus, eamque etiam Baſil. typis i primi curavit 1577. 8. Cum aliis opuſculis in lis argumenti contra Turcas conſcriptis, v. c. a *B ſarione*, *Aenea Sylvio*, *Ioan. Aventino*, et *Bi* bello Cyprio, bello Pannonico, et epitome rerum a. 1564 usque ad 1573 geſtarum, Geufraei li coniunctim editus hoc titulo: *Aula Turcica, B* 1577. Voll. II. in 8. Volumen alterum ab Ho gero compilatum tradit hiſtoriam bellorum Tu corum, imperatoribus Solimano II et Selimo II a. 1520 usque ad 1577 geſtorum. Idem Hon rus utramque huius Aulae Turcicae partem Th tiſce reddidit, eamque hac epigraphe edidit: *H haltung des Türkiſchen Kaiſers*, Baſil. 1596. II V in fol. min. — Quod Geufraeum attinet, eques fuit ordinis S. Iohannis, diu inter Osmanos verſa

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. III. p. 146 ſqq.

MEN

ENAVINO *Trattato de' coſtumi e vita de Tur-* Menavino.
548) ſupra ſectione huius capitis prima com-
ratus.

HEODORO SPANDUGINO (Manachi Graeci Spandugi-
i XV) *Origine e coſtumi de Turchi.* Firenza nus.
8. Legitur quoque in *Sanſovini* opere, ſe-
ſecunda huius capitis laudato.

UIL. POSTELL *de la Republique des Turcs,* Poſtell.
ù l'occaſion s'offera, des moeurs et loy de tous
hamediſtes. à Poitiers 1552. 4. ibid. 1560. 4.
a bibliographis appellatur rariſſimus et pau-
is cognitus.

ARTHOLOMAEI GEORGIEVIZ (*Hungari,* Georgie-
ſtiam religionis cauſſa luſtrantis, annisque viz.
pud Turcas ſervitutem paſſi † ....) de ori-
mperii Turcorum, eorumque adminiſtratione
plina. *Romae* 1552. 8. *Lugd.* 1555. 12. ibid.
12. cum praef. *Phil. Melanchtonis, Viteb.*
8. *Pariſ.* 1568. 8. *Genevae* 1598. 16. *ibid.*
12. (vel ſi mavis in 8 formae minimae. Haec
ia eſt inſcripta: De Turcarum moribus epi-
) *Helmſt.* 1671. 4. Integer liber etiam inſer-
Tomo III collectionis, a Bibliandro curatae
ſupra a nobis recenſitae. *Freytagius* loco
audando ait: „Verſio ſine dubio libri *Teuto-*
ſt, quae hunc praefixum habet titulum:
lomaei Georgiewiz *Türkenbüchlein, darinnen*
rkiſchen Keyſer Namen, Empter, Leben, Sit-
d Tyranney in ihrem Reich erzehlet werden,
zu ſehen, wie einträchtig ſie beyſammen hal-
le diejenigen auszurotten, und zu demffen, die
gliedmaſs des Herrn Chriſti bekennen. Jetzt
cht aus dem Latein. Zerbſt 1583. 8. Si libri,
deſcripſimus, verſio eſt, titulus admodum
s improvidum lectorem adducere poteſt,
nium imperatorum Turcicorum ſeriem et

hiſtoriam in illo inveniri ſibi perſuadere que
Argumentum libri, breviter nunc recenſend
confirmat Freytagii aſſertum. Capite nimi
primo agitur de Turcarum ritu et caerimo
Cap. II exponitur, quomodo Chriſtiani in bel
Turcis capti diſtrahantur et tractentur; agitur e
de Graecorum et Armeniorum pietate erga c
vos, de tributis Chriſtianorum etc. Inſeruit
caput *Phil. Lonicerus* Chronicis Turcicis
L. III. fol. 106 b. ſqq. Illud praeterea *Gall*
Theotiſce editum eſſe ſeorſum, intelligitur e
Hyde Catalogo bibl. Bodleianae T. I. p.
Cap. III de Chriſtianorum cladibus et calam
bus; additur de Turcarum ad fidem Chriſti
verſione vaticinium infidelium, lingua Tur
cum interpretatione Latina, et commentario,
ſingula vocabula Turcica paullo fuſius explican
In *Loniceri* Chron. Turc. hoc caput legitur
p. 104 b. ſqq. et in *Nic. Reuſneri* ſelectiſſ. ora
conſultat. de bello Turcico T. I. p. 349 ſqq. S
iectum etiam a *Nic. Hoenigero Antonii Geu*
aulae Turcicae parti I. Cap. IV invenitur na
tio diſputationis, quam auctor cum Turca,
perito, Varadini de nonnullis religionis Chriſti
dogmatibus inſtituit. Addita eſt Dominica or
lingua Turcica, cum interpretatione Latina, q
a Turca rogatus, illum docuit. Diſputatio
cum Turca inſeruit *Hoeniger* l. c. Cap. V e
deploratio cladis Chriſtianorum ad Principes
ſtianos. Inſeruit illam quidem *Lonicerus* et *R*
rus ll. cc., ſed multis in locis mutatam et tr
tam. In cap. VI legitur exhortatio contra T
ad Principes Chriſtianos, quam *Lonicerus* e
in nonnullis locis mutilatam fol. 111 b. ſqq., p
rem *Reuſnerus* l. c. p. 200 ſqq. In fine capi
occurrit oratio Dominica, Arabico ſermone,

apud exteros reges, Francogalliae, Aragoniae, Ungariae, Sueciae, Poloniae, ſunt agitatae: pars autem altera complectitur varia virorum doctorum ſcripta, quae in hanc cauſſam faciunt, veluti Busbequii, Sambuci, Wolfii, et ſimilia. Opus hocce rarioribus adnumeratur.

Cf. (B. G. STRUVII) Bibl. antiqua a. 1706. p. 62—73.

Eiusd. Epiſtolarum Turcicarum variorum et diverſorum authorum Libri XIV. In quibus Epiſtolae de rebus Turcicis ſummorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, aliorumque mundi procerum, iam inde a primordio regni Saracenici et Turcici usque ad haec noſtra tempora leguntur. Ultro citroque a Chriſtianis et Turcis aliisque exteris nationibus ſcriptae. Opus non ſolum lectu iucundum et conſultationi noſtrorum temporum utile, ſed etiam ad cognitionem cum aliarum hiſtoriarum, tum potiſſimum de initiis, progreſſu et incrementis regni Turcici, maxime neceſſarium. *Francof. ad Moen.* 1598. 1599. 1600. 4. — Raritate aeque ac utilitate haec collectio priorem ſuperat.

Soranzo. LAZARO SORANZO *Ottomanno, cioè trattato dell' imperio Turcico.* Ferrara 1598. 4. — Latine hac epigraphe: Ottomannus LAZARI SORANZI, Patricii Veneti, ſive de rebus Turcicis liber unus, in tres partes diviſus; continens exactiſſimam deſcriptionem non modo potentiae Mahemetis III, Turcarum Imperatoris hodie regnantis, et quo nomine cum aliis principibus obſtrictus, quidve contra Chriſtianos machinetur, quave ratione iis ipſi nocere poſſint, verum etiam plurimorum populorum, regionum, urbium et itinerum, aliarumque rerum ad cognitionem belli, quod nunc in Hun-

ia geritur, neceſſarium. Nunc primum
onatus (a *Ioh. Geudero ab Heroltzberga*, Pa-
lorimbergenſi). 1600. 12. (Sine loci men-
qui tamen ex verbis in titulo poſitis: *Ex-*
Guil. Antonius, erui poteſt.) Parum obvia
c editio. Repetita cum duobus opuſculis
eodem *Geudero* editis hac quidem inſcri-
Turca *νικητος*: hoc eſt: de Imperio Otto-
evertendo et bello contra Turcas proſpe-
ndo conſilia tria 1) LAZARI SORANZII,
)ttomannum, ſive de rebus Turcicis, 2)
LIS TRADUCCII, quod Turcam vincibi-
:ribere placuit, 3) Anonymi cuiusd. Diſſ.
Imperii Turcici. *Francof.* 1601. 8. Exſtat
libellus in collectione Conringiana, mox
da. — Auctor in praefatione affirmat,
multis viris iudicio et experientia rerum
tibus ſaepiſſime iis de rebus contuliſſe,
center iis ex locis veniſſe noverat, neque
fidiſſe, licet ibidem antehac plurima vide-
bſervaverit. Opuſculum ipſum, lectu uti-
num, tribus partibus abſolvitur; prima de
membris et viribus imperii Osmanici agit;
, de conſiliis Muhammedis III et de cauſſa,
et progreſſu belli, tunc temporis in Un-
ſti, ſumto initio a Murade, Muhammedis
n tertia parte auctor quaeſtionem diſcutit:
ıeſar et Tranſſylvanus pacem a Turca obla-
ptare debeat, nec ne? Omnes tres partes
a CXIX minuta diſſectae ſunt.

IATI DE LUSINGA, *Domini de Alimes*, de Luſin-
Sabaudiae D. Conſil. et in aula Chriſtianiſſ. ga.
egis legati ordinarii libri III de incremento,
ation et occaſu imperiorum (Turcici in-
; lingua primum Gallica conſcripti, inde
am ab *Hier. Naſello* (*Ferrarae* 1590. 8.)

converſi (in Latinam a *Iac. Geudero ab He berga*). *Norimb.* 1603. 8. *Francof.* 1609. 8.

Dornau. GASPARIS DORNAVII (*Medici, Hiſtor Philologi Briega-Liegnitii* † 1632) liber de i mentis dominatus Turcici. *Francof.* 1609. 8

Sapienza. OTTAVIO SAPIENZA *Nuevo tratado de chia, con una deſcrittion de Conſtantinopla.* M 1622. 4.

Montalbanus. IOAN. BAPT. MONTALBANI, *Bonon Philoſ. et I. U. D.* de Turcarum moribus mentarius. *Romae* 1625. 12. Lugd. Bat. 165. Exſtat etiam in collectione ſequenti. — Lil lectu ſane iucundus, cuius auctor omnes fer perii Osmanici res civiles iudicio ſubacto ſtil facili deſcribit.

Turcici imp. ſtatus. Turcici imperii ſtatus; item de regno Alg no et Tunetano. *Lugd. Bat.* ap. Elzevir. 163 ibid. 1634. 24. Continet haec collectio lib ſequentes: 1. IOH. BAPT. MONTALBANI r Turcicarum commentarius. 2. Imperii Tu deſcriptio apud HONORIUM. 3. De urbe C ſtantinopoli relatio apud HONORIUM. 4. T cum regnum inſuperabile ex eodem HONO 5. HORATII MALAGUZZI de Turcici im magnitudine. 6. Ritus ſepeliendi et nubend BUSBEQUIO. 7. De variis monetis, ex LE CLAVII Pandectis. 8. De annis, menſibus et bus. 9. Notitia Beglerbegatuum. 10. De m Turcarum ex LAZARO SORANZO. 11. S Imperatorum. 12. Politia regia. 13. De regno geriano, ex variis auctoribus. 14. I. BAPT. GR MAYE deſcriptio regni Tunetani.

Baudier. MICH. BAUDIER *Hiſtoire du Serail.* à I 1633. 4.; et in eiusd. *Hiſtoire de la Cour du de Chine....*

ORN GREAVES (Mathematici, Hiſtorici et Greaves.
ieologi Oxonienſis † 1652) *Deſcription of the d Seignor's Seraglio.* London 1653. 8.; et in . *Miſcellaneous Works*, editis a Th. Birch. . 1737. II Voll. in 8.

D. ANDREAE BOSII (Reſpondente *Alhard* Boſius.
ann Kummen) Diſcurſus academicus de cele- no potentiſſimoque imperio Turcico. *Ienae* . 4..... Tertia vice cum *Wolfg. Drechsleri* ico Saracenico (*Lipſ.* 1689. 8.) ſupra re- D. — Nimis paene ſubtiliter, paſſim etiam : et iniuſte, de Osmanorum artibus politicis que differitur.

IRMANNI CONRINGII Libri varii de bello Conring.
. Turcas prudenter gerendo. *Helmſt.* 1664. 4. ollectione ſequentia continentur: 1. LAZARI NCII Ottomannus ſ. de imperio Turcico; ico vertit *Iac. Geuderus ab Heroltzberga.* HILLIS TARDUCII Turca vincibilis in Un- tc. 3. Anonymi cuiusdam diſſertatio de mperii Turcici, cuiusmodi ſub Amurathe III eque eius evertendi modo. 4. A. G. BUS- II Exclamatio ſ. de re militari contra Tur- nſtituenda conſilium. 5. IOH. TARNOVII lo cum Turcis gerendo diſputatio. 6. LA- SUENDII etc. quomodo Turcis ſit reſiſten- conſilium. 7. FEL. PETANCII libellus de ius aggrediendi Turcam. 8. C. FRANCII i Diogenis, ſtrepitu ſuo collaborans dynaſtis anis, bellum in Turcas parantibus. 9. H. DE ENNE de bello Turcico oratio.

UL RYCAUT ſ. RICAUT *Hiſtory of the pre-* Rycaut ſ.
ite of the Ottoman Empire. London 1666. Ricaut.
id. 1668. fol. ibid. 1670. fol. ibid. 1675. 8. 82. 8. ibid. 1689. 8. Omnes cum figg. aen. i editiones forte exſtant.) *Francogallice* a *Briotio*

Briotio Pariſ. 1670. 4. et 12. *Amſterd.* 167
(Editio in forma quarta rara, eaque pulch
ſplendidior, magni aeſtimatur ob figuras ſci
in aes inciſas a *Sebaſtiano le Clerc*, artifice c
rimo.) Alia verſio Francogallica *Beſpieri*
annotationibus variis edita à *Rouen* 1677.
in 12. Optima tamen Briotii eſt verſio, B
vero obſervationes commendant, quibus ni
plura momenta, a Rigaltio obiter tractata,
ſius illuſtrantur. E Briotii verſione nata e
per *Conſtantinum Belli*, Bologna 1674. 12.
1677. 4. *Belgica* quoque exſtat a I. H. *Glax*
elaborata *Amſterd.* 1670. 4. *Theotiſce* in *Dia*
ropaei continuatione XXI. a. 1671; et in
mine priore operis ita inſcripti: *Die neu e*
Ottomanniſche Pforte (Aug. Vindel. 1694. fol.
etiam ſcriptores, v. c. Sagredo, in hoc opere
pilando in conſilium vocati. — De Rigaltii ac
ac fide ſupra, cum de eius continuatione
Knolleſiani ſermo eſſet, mentionem inie
Omnes, quos hucusque recenſuimus, ſcri
Rigaltius ſuperat ἀκριβεια et veritate; multi
poſteriores, recentiores adeo, qui de Osma
ſtatu politico, religioſo ac militari retulerun
eius opere tripartito hauſere.

Cf. LUEDEKE l. c. T. II. p. 166 ſqq.

Nagius. IACOBI NAGII DE HARSANY Col
Turcico-Latina ſ. ſtatus Turcicus loquen
loniae Brandeb. 1672. 8. — *Alexius Hord*
Memoriis Hungarorum T. II. p. 675. ita d
ſcriptore: „Nobilis Hungarus. Varadienſi i
legio dum ſtuderet, Michaelem I Apaffium,
ſilvaniae poſtea Principem, praeſtantibus d
nis erudivit. Poſt perluſtratas dein Germa
Belgii Academias, laudato in Collegio Pr

et conſtitutus, munereque hoc ad annum usque 1651 functus eſt. Inde Hungaria relicta, petiit Berolinum, ubi ob linguae Turcicae, in qua eum Georgius II Rakoczius quondam erudiendum curaverat, notitiam a Friderico *Boruſſiae Duce*, orientalium commerciorum notarius, poſtea et Conſilii membrum creatus, magna in celebritate vixit. Edidit *Colloquia familiaria Turcico-Latina*, ſeu ſtatum (*Turcicum*) loquentem. In hoc opere, quod Coloniae Brandeb. MDCXXII. (lege MDCLXXII.) 8. prodiit, inſignis iudicii acrimonia elucet." Argumentum libelli, alias nobis plane ignoti, tacet Horanyus.

THOMAE SMITH Epiſtolae quatuor, II de moribus ac inſtitutis Turcarum, II de eccleſiis Aſiae et Conſtantinopolitanis. *Oxon.* 1674. 8. Smith.

MICHEL LE FEBURE *Theatre de la Turquie.* à Paris 1675. 12 mai. ibid. 1682. 4. ibid. 1686. 4. *Italice*, Venet. 1684. 4. — Auctor, octodecim annis in regionibus Turcicis verſatus, in hoc libro, praeter Turcarum originem, horum mores, regimen, religionem, potentiam, provincias, reditus et ſimilia accurate deſcribit, atque imperii naevos et defectus notat, multisque rationibus Galliarum regem ad bellum contra Turcas excitare annititur, ſuamque ſententiam contra obiectiones Salcedi, regi expeditionem adverſus Turcas diſſuadentis, tuetur. Conſilia inſuper, Osmanos ad caſtra Pontificis Romani agendi, benigne exhibet. le Febure.

Cf. LUEDEKE l. c. T. I. p. 404 ſqq.

CONR. SAM. SCHURZFLEISCHII Diſſ. de actionibus Turcarum. Viteb. 1680. 4. et in *eiusd.* Opp. hiſt. polit. p. 1019 ſqq. Nullius momenti! Schurzfleiſch.

Relazione del Serraglio de gl' Imperatori Turchi Ottomani. Venetia 1684. 4. Relazione etc.

P. NIC.

Armi. P. NIC. ARMI, *Loreneſe, dell' Ord. Preſagio dell' imminente ruina e caduta del Ottomano, delle future vittorie, e proſpe della chriſtianità; cavato de diverſe profetie* Padova 1684. 4.

Geropoldo. ANTONIO GEROPOLDO (Nobilis Al *lancia hiſtorico-politica dell' Imperio Ottoma Arcani reconditi del Maomettiſmo.* Vene 4. — Quas in opere hoc Turcicarum r titias auctor ſuppeditat, eas tam ex aliis bus, quos omnes, qui de iis egerunt, a habuerit, quam colloquiis, non ſine ma tibus ſe hauſiſſe, et ingentem earum pa gato cuipiam Regio debere affirmat, a inde alicubi obſcuro dicendi genere uſu ſperſis paſſim notis hiſtorico-politico- compluribusque paralleliſmis ex Tacito Decem autem libris volumen hocce — an aliud, ut auctor certe ſpem iniecit, ſucc abſolvitur. Liber primus duodecim prio tanorum annales, a *I. Leunclavio* Latine a Geropoldo collatione cum novis MStis correctos complectitur. Liber II triu Turcici adminiſtrorum Chriſtianorum ver ſuperioris ſaeculi florentium, Panajoti Alexandri Maurocordati et Andreae Bar tam et diverſa fata exhibet. L. III Co eo tempore excitatos motus, inauſpicato in Ungaria auſus, aliaque exponit. L. Weſirii Karae Muſtaphae virtutes et viti geſtas ſiſtit. L. VI et ſqq. varia continent, Turcicae ſtatum et arcana ſpectantia, Hof Caprarae, Internunciorum Caeſareorum aulam Turcicam, expeditionem Osmano ſus Vindobonam inſtitutam etc.

Cf. *Acta Erud.* a. 1688. p. 158 ſqq.

NAU, *Escuyer Sieur des Joanots, cy* du Vignau.
taire d'un Ambassadeur de France à la
ini de Guilleragues), *Secretaire-Inter-*
Escadres du Roy dans toute la Méditer-
alier du très-saint sepulchre de Nostre
us-Christ en Jerusalem, Etat présent de
Ottomane, avec les causes de son accroisse-
de sa decadence. à Paris 1687. 12. à la
12. — Errorem Christianorum, quo
n de Osmanorum debellatione abiece-
mat auctor, describit summam Turci-
inclarum vastitatem; plebem per mili-
istratuum exactiones ad mendicitatem
inam commerciorum; enervatam ava-
, ipsiusque Imperatoris, Praetorianam
um militiam, laxatamque disciplinam
einde affert de imperatorum tyrrannide
i necessitate eiusque effectibus. Postea
minutae Osmanorum potentiae plura
khausturn v. c. luxu quorundam Im-
erarium, quod per, immodicas licet,
epleri nunquam potuerit; ingentem
et fiscalium exactorum numerum,
us non rapiat; dein quod semel illata
ratoris pecunia ad usum populi nun-
latur, sed otiosa iaceat; quod monetae
ur ratio; optimaequae merces adulte-
:oëmantur, aut meliores exportentur;
i malum, dum iudicum sententiae et
ia in quavis causa vili pretio emi
Militarem scientiam ipsam, nisi apo-
:rcitu essent, fere totam ait periisse,
lamore omnia geri, et numero fidi;
xdiernos umbram solum veterum esse
m inter duo illa Sesti et Abydi castella,
Dardanellae vocantur, tam difficilem

non

non esse, quam vulgo describi solet, r
cautis iudicat, referens simul, quae de
ipse observarit a. 1682. Demonstrat etia
mitatem Turcicam in bellis navalibus;
cunda sunt, quae de conflictibus quibusd
timis narrat. Pauca haec excerpta docent
rem huncce varia iam tradidisse atque
quae recentiores recoxerint: licet negari
nonnulla quoque iam a prioribus, v. c.
docta fuisse.

Cf. *Acta Erud.* a. 1687. p. 677 sqq.

Tavernier. I. B. TAVERNIER *Relation de l'Int*
Serrail du Grand Seigneur. à Paris 1687.

Bobovius et Hyde. ALBERTI BOBOVII, *Turcarum Imp.*
medis IVti olim Interpretis primarii, Tra
Turcarum liturgia, peregrinatione Mecc
cumcisione, aegrotorum visitatione etc. N
annotatiunculas, prout occasio se obtulit
adiecit THOMAS HYDE. Subiungitur cat
Angelum a Sancto Iosepho (alias dictum *de l*
Carmelitarum discalceatorum in Persida Pr
olim generalem; primum ab *Hydio* cum
itineribus mundi cet. (*Oxon.* 1691. 4.) ed
inde in *Hydii* Syntagmate dissertationum
gorio Sharpe (*Oxon.* 1767. 4.) in lucem e
lumine primo. — *Bobovii* mentio supra ia
ne huius capitis prima, ubi de Ralamii, S
nerario Const. sermo erat, iniecta. Quu
ut ex ibidem dictis lectores sciunt, Bo
Christiano Muhammedanus, invitus quide

orumque regni procerum. *Hydius* libellum Turce ſcriptum Latinum fecit notulasque doctas adeerſit.

FRANÇOIS PETIS DE LA CROIX *Guerres des* de la
urcs avec la Pologne, la Moſcovie et la Hongrie. Croix.
la Haye 1689. 8. *Theotiſce* a G. F. C. S (*Schad*).
urthae prope Norimbergam 1775. 8. — Auctor,
ſtis oculatus ſideque dignus, bella iſta, imperante
Muhammede IV, geſta, motusque inde in aula Osmanica natos, deſcripſit.

Die neueröffnete Ottomanniſche Pforte. Augs- Neueröff-
burg 1694. — *Fortſetzung* ibid. 1700. fol. Cum nete Ot-
multis figuris aeneis. — Volumen primum dua- tom. Pfor-
bus partibus abſolvitur, quarum prima gubernatio- te.
nis Turcicae formam et conditionem religionis, a
Bigaltio deſcriptam, altera res Turcarum geſtas,
a *Joh. Sagredo* narratas, complectitur. Volumine
altero editor anonymus nobisque ignotus imperii
Osmanici viciſſitudines ſub quatuor Imperatoribus,
Muhammede IV, Solimano III, Achmete II et Mu-
ſapha II, neſcimus quibus ducibus, uberrime exponit. Subiecta eſt appendix tripartita. Primo loco eccleſiarum Graecarum et Armenarum ſtatus e Rialtio deſcribitur. Dein, quae de la Croix in Geographia ſua de Maronitarum eccleſia obſervavit, exhibentur. Denique de martyrio et conſtantia Graeci cuiusdam adoleſcentis Nicolai relatio, Francogallico edita ſermone, ſed hic in linguam Theoſcam translata, ſubnectitur.

Etat général de l'Empire Ottoman, depuis ſa fon- Etat gene-
dation, juſqu'à préſent, et l'abrégé de la vie des Em- ral etc.
pereurs; par un ſolitaire Turc; traduit en François par Petis de la Croix, *ci-devant Secrétaire de l'ambaſſade de Conſtantinople.* à Paris 1695. III Voll. 12.

Salmon. SALMONIS, Angli, descriptio geographic politica imperii Osmanici, in eiusdem *Moder ſtory or the preſent ſtate of all Nations*, (primum i edita) alio bibliothecae noſtrae capite recenſeb Videatur interea *Lüdeke* l. c. p. 196—201.

Ibrahim Effendi. IBRAHIM EFFENDI *Traité de Tactique Turcs, imprimé à Conſtantinople a. 173 Tradu Turc.* à Francf. 1769. 8. *Theotiſce* ...

Marſigli. *Conte* DI MARSIGLI, *dell' Academia Reale Scienze di Parigi, e di Monpelièri, e della So Reale di Londra, e fondatore dell' Inſtituto di Bolo* († 1730) *Stato militare dell' Imperio Ottomanno cremento e decremento del medeſimo. Opera orna Tavole tagliate in rame.* In Haya e in Amſterd 1732. II Partes in folio. E regione cuiuscu paginae verſio Francogallica poſita. — Operi ſplendido, *ita* argumentum magni momenti delibanti, ſed ita pertractanti, ut requiri am magnopere nihil poſſe videatur, nulla maior a dere poteſt commendatio, quam ab nomine, ac eruditione auctoris ſui. Is enim a tenera aetate legendis de imperio Osmanico hiſtoriis tentus, cum intellexiſſet, Osmanos a nemine ſcriptorum ſummae fortitudinis laude celebrari rectius ipſe ea de re ſententiam ferre poſſet, a aetatis viceſimo Conſtantinopolim una cum S tore Veneto, *Petro Ciurano*, ablegati patriae partibus functuro, petiit. Eo cum acceſſiſſet, nuo fere ſpatio ibidem commoratus, nihil i quantumvis res in Chriſtiano homine periculi niſſima videretur, egit, ut militarem Turca ſtatum penitius ſibi cognitum perſpectumque deret, ipſis, id quod mirum, Turcis ei viam ad rem ſternentibus, qui, tametſi magnis impe librum, *Canun Nemeh* ſ. *Canon Namé*, ei proc runt. Complectitur ille reditus imperii Osma ger

et rationem militiae Turcicae, ac leges, egitur; quem quidem librum cum per in- n Italico idiomate ſibi praelegendum cu- arſilius, facile perſpexit, leges illas potius endos imperio milites, quam armis exer- pertinere. Eo tempore Kara Muſtapha, nagnus, bellum in Ungarja parabat. Qua s Marſilius, Leopoldo Imperatori ſacra- dixit, ſed ſub ipſa belli auſpicia a Tataris in familiam Achmeti, Baſſae Temeſvarien- iit. Cum eo in caſtra profectus, obſidioni Auſtriae interfuit; poſtea, caeſis ibi fuga- urcis, in poteſtatem militum Boſnienſium , qui in patriam ſuam ad radices montis m abduxere. Inde ſubſidio laudati ante in libertatem ſeſe vindicavit, denuoque uam Leopoldo Imp. obtulit, cui per va- us militiae et plura proelia obſidionesque uibus interfuit, virtutem animumque in- ontra Turcas, et in pacificatione poſtea enſi dexteritatem in conſtituendis utrius- rii limitibus comprobavit. His opportu- Turcarum ſtatum militarem propius co- i expendendique recte uſus, fundamenta ſſimi huius libri iecit, cuius pars prior capitibus abſolvitur, atque ex libro ſupra *non Nami*, ſiſtit, quae ad indices redituum, ilitum, et leges militares, pertinent, qui- r capita quaedam praemittit, ut ſequentia ectius poſſint. Pars poſterior ipſam bel- nem, ut ipſe eam, inter Turcas pariter eos militando, penitius exploravit, exem- luſtratam complectitur, praemiſſis rurſus, mnia probe tenenda deſiderari ab initio bantur, aliisque itidem, quae requiri pa- poterant, ſubiunctis. Dolendum, quod

maxima vocabulorum Osmanicorum
rupta, cum ſermone Italo, tum Francog
pareat. Auctor opus ante obitum ſuum
abſolverat, typographis autem Belgicis
bus, typis impreſſum non vidit.

Cf. *Nova Acta Erud.* a. 1733. p. 193 ſqq.
LUEDEKE T. II. p. 173 ſqq.

Hill. AARON HILL'S *full and juſt Accou preſent ſtate of the Ottoman Empire in a ches; with the government and policy, rel ſtoms and way of living of the Turks in gen ful related from a ſerious obſervation take yeans travels through thoſe countries.* Lon fol. Exempla operis quoque proſtant titulo: *A general Hiſtory of the Ottoma illuſtrated with uſeful notes and obſervati the manner of Mr. Sandys, Mr. Addiſon e with Copper-Plates.* London 1740.

Guer. *Moeurs et uſages des Turcs, leur reli gouvernement civil, militaire et politique. abrégé de l'hiſtoire Ottomane. Ouvrage figures, en tailles douces.* à Paris et ſe trou ſterd. 1747. II Tomi in 4. — Auctor dedicationi ſubſcriptum eſt (IOH. ANT Advocati, quantum ſcimus, munere fun fatetur, ſe regiones imperii Osmanici adiiſſe, ſed opus ſuum ex antiquis et nov ribus fide dignis ſelegiſſe, ſeu potius com quidem dilectu non ſatis laudabili. Co enim inter ſubſidia eius adhibita quoque li lius in hiſtoriis auctoritatis, v. c. *l'Eſpion fictionnaire geographique, Lettres Perſanne Juives.* Laudat tamen auctor etiam collo Marchione *de Bonnac*, Legato quondam gallico in aula Turcica, quibus ſuper va

certior factus fuerit. Volumen primum tribus absolvitur libris, plura in capita ſingulis diviſis. Liber I continet epitomen hiſtoriae Imperatorum Osmanicorum; II res et caerimonias Turcarum religioſas; III varios eorum mores ac ritus. Volumine altero liber IV agit de aula Turcica; V de forma regiminis Osmanici, de reditibus publicis ac monetis; VI et VII de re militari; VIII de variis feſtis ſolennibus; IX de Osmanorum artibus politicis; X de eorum potentia ſeu potius impotentia. — *Lüdeke* l. c. p. 205—214 nonnulla auctoris peccata notat, nihilo minus eius compilationem omnium eſſe copioſiſſimam et praeſtantiſſimam, aſſerit, cui ſententiae calculum noſtrum, uſu operis edocti, lubenter adicimus.

GALLAND (interpretis olim regis Galliarum in aula Turcica) *Recueil des rits et ceremonies du pelerinage de la Mecque; auquel on a joint divers écrits relatifs à la religion, aux ſciences et aux moeurs des Turcs.* à Paris 1754. 12. à Amſterd. 1754. 12. Secundum hanc editionem *Ioan. Ge. Angerer* collectionem *Theotiſce* reddidit. *Norimb.* 1757. 8. Quae Osmanos proprie ſpectant, pauca ſunt, eaque non magni momenti, nimirum: *Zehny Effendi* de Turcarum re litteraria ordineque, quo litteras addiſcere ſolent, e ſermone Turcico in Francogallicum a Gallando translatus; et deſcriptio caerimoniarum, nuptiis filiarum imperatoris obſervatorum. Galland.

Tableau de l'Empire Ottoman. à Francfourt 1757. 12. Opuſculum, compilationibus mediocribus accenſendum, quo de religione, re militari et politica Osmanorum ſat negligenter agitur. Tableau etc.

Cf. LUEDEKE T. II. l. c. T. II. p. 221.

DE WARNERY, *Major général, Remarques ſur militaire des Turcs et des Ruſſes; ſur la façon la* de Warnery.

plus convenable de combattre les premiers; ſur rine des deux empires belligerants; ſur les peu ont joint leurs armes à celles de Ruſſie, tels les Georgiens, Colchidois, Mainottes, Monte Albanois, Chretiens Grecs etc. Avec diverſe vations ſur les grandes actions, qui ſe ſont dans la derniere guerre d'Hongrie et dans la en Moldavie, comme auſſi ſur l'expedition de Ruſſe en Grece et ſur celle du Comte de T avec des plans. à Breslau 1771. 8. *Theot* auctoris nomine atque hoc titulo, quo ne quidem, librum e ſermone Francogallico eſt latum, facta: *Beytrag zur Geſchichte des ge tigen Krieges zwiſchen dem Ruſſiſchen und T Reiche, als auch zuverläſſige Nachrichten Schlacht bey Chozim 1769 und der bey Kah Nebſt einer gründlichen Beſchreibung derer i Kriege ſich mit befindlichen fremden Nationen Sitten und Gebräuchen, ihrer Art Krieg z u. ſ. w. Mit Plans von einer Perſon vom* Breslau 1771. 8. Auctor antea iam, a ſine nominis ſui mentione, ediderat *Rema le Militaire des Turcs* etc. cuius libelli quo ſtat verſio Theotiſca ſ. l. 1769. 8. Se editio, cuius epigraphen plenam dedimus amplior eſt bellique, anno demum 176 hiſtoriam ſimul exhibet; nec de Ruſſorum tari in editione priore quidquam invenies ctor, omnis rei bellicae pritiſſimus aliisq militaribus clariſſimus, hoc opuſculo ſup tum operis Marſiliani paullo ante recenſiti

ement civil des Turcs, la religion, les grandes rges et dignités de l'Empire. Nouvelle edition. mſterd. et ſe trouve à Paris 1769. 12. Nec a libri editio, nec eius auctor nobis innote-. Hic quidem, librum e fontibus limpidis hau-n eſſe, affirmat.

CHRISTOPH WILHELM LUEDEKE, *vormali-* Lüdeke.
Predigers des Daeniſchen Miſſionscollegii und jährigen Paſtors der evangeliſchen Gemeinde zu rnen, ietzt Paſtors an der Catharinenkirche zu deburg (poſtea D. Theol. Paſtoris primarii ſacri Lutheranorum lingua Theotiſca uten-Holmienſis ephorique ſcholarum) *Glaubwür-Nachrichten von dem türkiſchen Reiche nach ſei-neueſten Religions- und Staatsverfaſſung, nebſt Beſchreibung eines zu Smyrnen errichteten Evan-ſchen Kirchenweſens.* Leipzig 1770. 8 mai. Secu-editio, plurimis in locis mutata et aucta, minutiis, iter auctoris ſpectantibus, hac phe: *Beſchreibung des türkiſchen Reichs nach Religions- und Staatsverfaſſung in der letzten des achtzehnten Jahrhunderts.* ibid. 1771. 8 cum figg. aen. — *Zweyter Theil, welcher ze und Berichtigungen enthält.* ibid. 1778. 8 Sine horum ſupplementorum et emendatio-uſu ſineque ulla mutatione deſcriptio iſta a. typis expreſſa repetita eſt ibid. 1780. 8 mai. — a quidem inſunt, quibus facile carere poſſi-, paucaque nova affert auctor: nihilo tamen narratio eius aeſtimatione lectuque digna quippe qua, quae alii ante eum retulerunt, mantur, recentiorque imperii Osmanici ſta-xponitur. Grata in primis eſt recenſio mul-itinerariorum et relationum de imperio iſto, alterique parti ſubnexa. Dimidia paene minis alterius pars comprehendit *Buſinelli* re-

lico in Italicum liber translatus dicitur.

Buſinello. PETER BUSINELLO, *Staats- und G*
ſchafts-Secretairs bey dem Bailo von Venedig
ca 1768), *Hiſtoriſche Nachrichten von der*
rungsart, den Sitten und Gewohnheiten der O
ſchen Monarchie, in le Brets *Magazin* (Ulm
T. I. p. 52 — 161. T. II. (1772). p. 107-
Editionem, ſecundum archetypum Italicum
datam et correctam lectuque iucundiorem,
Lüdeke volumini alteri operis modo recenſiti
tamen operis redemtor etiam ſigillatim, tit
culiari praefixo, vendit, *Lipſ.* 1778. 8
Auctor prudentiſſimus et ſagaciſſimus inter
et 1740 Conſtantinopoli legato Veneto ab
lis fuit, ducique Veneto, Piſani, memorabili
ibi obſervavit, in epiſtolis ad eum datis
Inde nata eſt haec deſcriptio, magni ſan
manda, quippe quae obſervationes varias,
aut plane ignotas, continet, in primis quic
per Osmanorum ritibus religioſis, aula Os
magiſtratibus, imperii reditibus, commer
militari terreſtri et maritima, artibusque po
caerimoniis aulae Turcicae.

r *Einfluß haben* (Frankf. und Leipz. 1772.
). 74—85.
von den Handlungsverträgen der Osmanni-
rte; ibidem p. 86—118. Prior differta-
: rationem, qua Osmani cum gentibus
ci ſolent: poſterior enumerat omnia com-
m pacta ab Osmanis cum diverſis Euro-
ılis inita, eorumque argumenta accurate
— Cf. eiusdem auctoris *Verſuch über*
und Schiffahrtsverträge. Halle 1782. 8 mai.
G. HAYNE, *königl. Preuſſ. Ingenieur etc.* Hayne.
ng über die Kriegskunſt der Türken, von ih-
ſchen, Lagern, Schlachten und Belagerun-
lesgleichen derjenigen Völker, welche unter
aniſchen Schutz ſtehen, als: Griechen, Ar-
Araber, Druſen, Kurden, Jeſiden, Tatarn,
n, Moldauer u. d. gl. Nebſt einer militai-
ieſchichte der drey letzten Türkenkriege in
In zweyen Theilen. Mit 10 *Kupfertafeln.*
Stettin 1783. 8 mai. — Diligenter ordi-
ecto, nec tamen cognitione hiſtoriae et
iae Osmanicae ſatis imbutus, auctor plu-
ſcriptoribus, quos enumerat, collegit,
po ſuo inſervire poterant. Rerum dilectus
; caute inſtitutus.
. MEBES, Conſiliarius regiminis Werni- Mebes.
is) *Ueber die Urſachen der Größe und des*
des Osmanniſchen Reichs. Nürnberg 1783.
laxima pars cauſſarum incrementi et decre-
ıperii Osmanici, ope ſuperiorum ſcripto-
is apte expoſita eſt atque illuſtrata: paſſim
ctor negligentius rem ſuam egit. Idem
eius dictione. Occurrunt etiam peccata
contra hiſtoriam, in primis antiquiorem.
STOEVERS *hiſtoriſch-ſtatiſtiſche Beſchrei-* Stoever.
Osmanniſchen Reichs. Hamburg 1784. 8. —

Dilectu ſtiloque laudabili, nec copioſe nimis, nimis breviter, tradita ſunt, quae plures alii ptores, quos praefatio enumerat, de Osman hiſtoria, geographia, moribus ritibusve, relig regimine politico, iurisdictione, reditibus pul re militari, agricultura, commerciis, ac litter ſtudiis, paſſim narrarunt. Adiecta eſt rerum morabilium recentiſſimarum expoſitio ſuccinc

Habeſci. ELIAS HABESCI (Graeci, plures per a Conſtantinopoli Sultano Muſtaphae III ab epi *Preſent State of the Ottoman Empire. Tran from the French Manuſcript.* London 178 Theotiſce hac epigraphe, e qua ſimul libri tenta cognoſcas: *Der gegenwärtige Zuſtand d tomanniſchen Reichs, worinn eine richtige und haltende Nachricht von der Religion, der Regi dem Kriegsweſen, den Sitten, Gewohnheiten und vertreiben der Türken, als in den bisher davon vo denen Schriften geliefert wird. Nebſt einer beſo Beſchreibung des Hofes und Serrail des Groſs und vielen beſondern und angenehmen Anekdoten einer franzöſiſchen Handſchrift des* ELIAS BESCI — *ins Engliſche, und aus dem Engliſch Teutſche überſetzt* (ab Albr. Wittenberg). 1785. 8 mai. — Liber XXXVIII capitibus vitur, in quibus auctor de Muhammede, ſtoria Osmanica, de Osmanorum religione, nuptiis, aula imperatoris, de forma regimini reditibus publicis, re militari cum terreſtri tum ritima, artibus politicis, caerimoniis pomp ſolennibus, de incolis Conſtantinopoleos, eo que moribus, de Osmanorum commerciis, ita ut partim, quae iam alii obſervarunt ac narra confirmet vel confutet, partim prorſus nova, non adeo multa, doceat.

CAI

CAPVT XIV.

CRIPTORES DE REBUS INDIAE ORIENTALIS.

SECTIO I.

Scriptores geographici et hodoeporici universales.

orientalem hoc loco ſenſu latiore appellamus
nem Aſiae terram continentem, inter Perſiam et
iacentem, inſulasque maris Indici. Scriptores,
ſione recenſendi, non quidem ſinguli omnes iſtas
es, tamen earum plures deſcribunt ſeu illuſtrant.
iores proxima ſectione ſequentur. Quo in ne-
maxime doluimus, quod nec C. C. W. Dohmius
miſſus, praefatione ad T. II verſionis a ſe elabo-
Theotiſcae ante hos decem annos factis, ſtetit,
Auguſti Hennings *catalogo critico omnium ad*
riam Indiae orientalis pertinentium librorum,
superrime in praefatione ad T. II operis prae-
iſſimi: Gegenwärtiger Zuſtand der Beſitzun-
der Europaeer in Oſtindien, *tanquam tertium*
em operis tomum in poſterum exhibere pollicitus
ti potuimus.

* * *

GOTARDI ARTHUSII (*Conrectoris ſcholae Moe-* Arthus.
Francofurtanae † 16..) Hiſtoria Indiae orien-
, ex variis auctoribus collecta et iuxta ſeriem
graphicam regnorum, provinciarum et inſula-
, per Africae Aſiaeque littora ad extremos Ia-
cos deducta, qua regionum et inſularum ſitus
ommoditas, religionum et ſuperſtitionum ab-
ſurda

ſurda varietas, Luſitanorum item, Hiſpanor
Batavorum res geſtae atque commercia vari
ſcribuntur. *Coloniae*, ſumtibus Wilhelmi Lu
kirch 1608. 1 Alph. 17 plagg. in 8. — C
bus LX haec conciſa abſolvitur deſcriptio ge
phica ac politica regionum ac gentium, qu
Indiam orientalem pertinent. Libri hodie ſa
notitia haud ingrata erit. Cap. I eſt quaſi pro
loco, quo in genere breviterque agit auct
Aſia. Cap. II ad Indiam orient., tanquam maxi
Aſiae regionem, facit acceſſum, eamque divi
P. 288. poſt lin. 19 adde: DE BOISSY *Diſſertaions pour ſervir à l'hiſtoire des Juifs, avant et depuis Jeſus-Chriſt, et de ſupplément à l'hiſtoire de M. Basnage.* Paris 1785. II Voll. in 12 mai. — Diſſertatio amplior et praeſtantior caeteris agit de ſtatu Iudaeorum n Gallia regnantibus Merovingis et Carolingis, perique Baſnagiano ſupplendo deſtinata. Reliquae gunt de Abrahami patriarchae idololatria, de Abineleco, de Aarone, de Abdia, de ſententia Sadducaeorum et Samaritanorum de angelis, de Abel, Abela et Aelia Capitolina, de Iudaeis in Africa, de

Iſaaco Abarbanel, de Uriele Acoſta, de Aa
Ioſeph, de Aron ben Elias.

Ibid. CALLENBERGII relationes, typis r
Hal. 1738, continuatae ſunt ſequentibus fa

*Relation von einer weitern Bemühung, Jeſ
ſtum dem Jüdiſchen Volk bekannt zu machen*
1738-1751. XXX faſciculi in 8.

*Fernere Nachricht von den zum Heil der J
richteten Anſtalten, herausgegeben von* ST
SCHULZ. Halle 1772-1776. XV Faſc. in 8

Fortgeſetzte Nachricht etc. *von* JUSTUS I
BEYER. ibid. 1777-1779. III Faſc. in 8.

P. 293. poſt lin. 16 adde: *Schickſale der Je
ter fremden Völkern; eine Skizze.* Deſſau unc
1783. 8.

P. 294 poſt lin. 27: CAROLI ANTONII
mentatio hiſtorica de Iudaeo immortali.
1756. 8.

MARIA REGINA KRUEGERIN *Schreiben
Prof. Carl Anton, darin bewieſen wird, daſs
ewigen Juden gebe.* Halle 1756. 8. adde: GI
GAULMIN de morte Moſis, ex edit. Io. A
bricii. *Hamburg.* 1714. 8.

P. 299. poſt lin. 2: FRID. ALBERTI AU
(*Proſelytae Judaici et verbi divini miniſtri Eſi
genſis in Principatu Gothano* † 1782) Differt
hiſtorico-philologicae, in quibus Iudaeoru
diernorum conſuetudines, mores et ritus,
rebus ſacris, quam civilibus, exponuntur.
et II. *Erfordiae* 1753. 8.

P. 302. *Nouveaux etlairciſſemens ſur lori
Pentateuque des Samaritains.* à Paris 1760.

Scriptores de Phariſaeis, Sadducaeis et Eſ
nonnullis deſideratos, omiſimus, quia eorum
ſus a caeteris Iudaeis religionis tantum capi
ctabat, non vero rem publicam turbabat, ut

rum ſchiſma. Nos vero in hoc opere rerum ſarum ſ. eccleſiaſticarum ſcriptores minime us, niſi iidem ſimul res civiles tractaverint ſeu verint. Eandem ob cauſſam ſilentio praeteri- ſcriptores de rebus Iudaeorum mere ſacris logicis atque litterariis.

Ad Vol. II. P. I.

1. lin. 10. l. *hoc* igitur loco.
2. lin. 6 poſt *Monte Libano* ſcribe: *Ceſena.*
3. lin. 17 l. *Heliopoli.*
4. lin. 33 l. Oxonienſi.
7. lin. 14 l. Sellerus.
9. lin. 12 in margine l. Vaillant. ibid. lin. 19 r. ibid. lin. ult. l. Vaballatho.
1. lin. ult. l. Lengletum.
a. lin. 16. Verba: *Interprett. ad Lucian. de Sy-*, ex errore typographi in margine poſita, in- ſunt contextui poſt verba: *Cui iungi poſſunt.* l. lin. 23 ſcribendum: Artic. V de.
2. lin. 25 poſt *ante* pone p. 22 ſq. locoque is lege *recenſitos.*
3. poſt lin. 31 inſeratur: *A Journey from Alep- Damaſcus, to which is added an Account of the ites inhabiting Mount Libanus, by* I. G. Lond.
8. — Iter a. 1725 ſuſceptum. Deſcriptio et Damaſci compoſita a P. NACCHI in *Mé- de Miſſions* T. IV. Relatio de Maronitis e Ro- ſſertatione ibid. laudata Francogallica Anglice

4. lin. 7 l. commoratus.
5. lin. 8 l. aſſervati.
6. poſt lin. 15 lineola ducenda.
9. lin. 17 l. contendit.
1. lin. 1 l. ſatis.
lin. 13 l. *Aſſyriae* loco *Aſſiſiae.*

P. 54.

P. 54. lin. 21 l. mox laudando.

P. 56. lin. 5 l. Achaemenidarum.

Ibid. lin. 6 l. Thraciae.

P. 57. lin. 22 l. Boſporanorum.

P. 64. lin. 24 adde: Exſtat quoque in *Wa* Annalibus Minoritarum T. III.

P. 66. lin. 6 poſt verbum *memorabilia* comn nendum.

P. 77. lin. 26 l. librarius.

P. 81. lin. 5 poſt vocabulum STRUVII] theſis claudenda.

P. 95. lin. 27 l. *Bruggenſis.*

P. 96. lin. 3 ſqq. Prodiit quoque — *Baſil.* 8.) Ex *Clementis* bibl. poſtea didicimus, minim tani libros III de bello Rhodio cum Sadoleti tione ibi memorata prodiiſſe, aliud potius eſſe tani ſcriptum, epiſtolam nimirum ad Adrian Pontif. max. de expugnatione Rhodi.

Ibid. lin 9 l. Theodorici.

Ibid. lin. 19 ſq. Italica Fontani verſio p etiam *Venet.* 1564. 1582. 1654. 4; et cur Sanſovini *Iſtoria dell' origine et imperio de'* T Venezia 1560. 4.

Ibid. lin. 27 adde: CLEMENT *Bibl.* a T. VIII. p. 418 ſq.

P. 167. lin. 9 notae l. prodiit.

P. 211. lin. 34 in margine ponendum: *Iru*

P. 225. lin. 6 l. Prodidagmata.

P. 232. lin. 27 l. IOS. loco IOH.

P. 251. lin. 20 et 21 lege: diario *iſto*, not *memorato.*

P. 253. lin. 19 in margine ponendum: *H*

P. 273. lin. 23 l. iniit.

P. 278. lin. 3 l. Muhammede.

P. 282. lin. 16 l. SPANDUGINI.

P. 320. lin. 27 l. Rålamii.

IBLIOTHECA HISTORICA

INSTRUCTA

A

BURCARDO GOTTHELF STRUVIO

AUCTA

A

B. CHRISTI. GOTTLIEB BUDERO

NUNC VERO

A

OANNE GEORGIO MEUSELIO

ITA DIGESTA, AMPLIFICATA ET EMENDATA,

UT PAENE NOVUM OPUS

VIDERI POSSIT.

Voluminis II Pars II.

LIPSIAE,

APUD HEREDES WEIDMANNI ET REICHIUM.

MDCCLXXXVI.



INDEX

CAPITUM ET SECTIONUM.

CAPITIS XIV Sectio II.

s geographici et hodoeporici de India orientali ſpeciales
ptores de terra Hinduſtan ſtricte ſic dicta, ſive de imperio
ni Mogolis peg. 1
riptores de Bengala 4
riptores de littore Malabarico 6
riptores de littore Coromandelico 7
iptores de inſula Ceylon ſ. Zeilan ſ. Selan. 8
riptores de inſula Sumatra 12
criptores de inſula Java urbeque Batavia 14
Scriptores de inſulis Moluccis, Borneo, Celebes, aliisque
centibus 17
riptores de inſulis Philippinis, Maghindanao, Marianis etc. 22
iptores de novâ Guinea 25

Sectio III.

s de hiſtoria Indiae orientalis generales 25

Sectio IV.

s de hiſtoria Indiae orientalis ſpeciales
ptores de hiſtoria Indiae orientalis antiqua 38
ptores de terra Hinduſtan ſtricte ſic dicta ſive de imperio
ni Mogolis 38
riptores de rebus ab Europaeis in India orientali geſtis, de
m bellis, commerciis etc. 43
criptores de rebus Anglorum et Francogallorum in Indi
ientali 48
criptores de rebus a Danis in India orientali geſtis 64
riptores de Mahrattis ſ. Maharattis, atque de regno rebus-
geſtis Hyder Ali 69

Sectio V.

s de Indorum religione et legislatione 73

Sectio VI.

s de progreſſu Chriſtianiſmi in India orientali 80

CAPUT XV.

s de rebus regnorum Indicorum extra Gangem ſitorum,
, Cochinchina, Tonquin, Ava, Pegu 88

CAPUT XVI.

s de rebus Tibetanis (Thibetanis, Tybetanis) et Corea-
101

CAPUT XVII.

de rebus Sinicis.

Sectio I.

hiſtoricis, a Sinenſibus ſcripti 106

Sectio II.

geographici et hodoeporici 117

Sectio III.

de hiſteria Sinenſi 139

Sectio IV.
Scriptores de ſtatu Sinenſium civili, religioſo, militari, ſtico pag
Sectio V.
Scriptores de progreſſu religionis Chriſtianae apud Sinenſes
CAPUT XVIII.
Scriptores de rebus Iaponicis ſive Iapanicis
CAPUT XIX.
Scriptores de rebus Tataricis et Mongolicis
Scriptores de Tſchingis-Chano et de Tamerlane ſive potius T Mongolorum olim ducibus famoſiſſimis
CAPUT XX.
Scriptores de rebus Sibiriae, Kamtſchatkae, aliarumque regi hodie dominationi Ruſſicae in Aſia ſubiectarum
CAPUT XXI.
Scriptores de rebus Scythicis et Hyperboreis
CAPUT XXII.
Scriptores de expeditionibus cruciatis
CAPUT XXIII.
Scriptores de Africa in genere
CAPUT XXIV.
Scriptores de rebus Aegyptiacis.
Sectio I.
Scriptores de hiſtoria Aegyptiaca antiqua generales.

Reliquae capitis XXIV ſectiones proxime ſequentur. Scriptores nonnulli recentiſſimi, v. c. de rebus diae orientalis, indicari non potuerunt, quia ſche huius partis manu ſcriptae iam ſub finem anni p teriti typographo traditae fuerant. Supplebi autem eosdem non ſolum, verum etiam alios a bis omiſſos, iisque addemus emendationes et c gationes notitiarum minus accuratarum, in operis. Singulis enim partibus, ut in tribus p ribus factum, analecta ſubiicere, uſui operis ſatis convenire videtur. Sedulo interim notab errores atque lacunas; eamque ob rationem re mus omnes harum rerum peritos, cum in Ger nia tum extra illam viventes, ut, quae vel om vel commiſſa a nobis obſervaturi ſint, benev nobiscum communicent.

BIBLI

BLIOTHECA HISTORICA.

CAPITIS XIV

SECTIO II.

criptores geographici et hodoeporici de India orientali ſpeciales.

Scriptores de terra Hinduſtan ſtricte ſic dicta, ſive de imperio magni Mogolis.

Magnam ſcriptorum modo ſectione huius capitis prima recenſitorum partem ibi quo- ubi ſingulas Indiae orientalis partes curioſius re velis, adeundam eſſe, per ſe patet. Ita nitiorem imperii magni ſic dicti Mogolis ex riis ſupra deſcriptis praecipue huc ſpectant, TERRY [a]), RHOE [b]), MANDELSLO [c]), THE-OT [d]), TOSI [e]), RENNEL [f]), TIEFFENTHALER

a) Bibl. hiſt. Vol. II. P. I. p. 343.
ibid. p. 343 ſq. c) ibid. p. 345 ſqq.
ibid. p. 353 ſq. e) ibid. p. 360. f) ibid. p. 385.

1670. 12. *Suite des Memoires du Sieur B*
ſur l'Empire du grand Mogol. Relation d
fait en 1664 *à la ſuite du grand Mogol Aur*
allant avec ſon Armée; de Delhi, Capitale
douſtan, à Lahor; de Lahor à Bember; et a
au Royaume de Kachemire, que les Mogols
ordinairement le Paradis terreſtre des In
1671. 12. *Evenemens particuliers, ou ce*
paſſé de plus conſiderable après la guerre
cinq ans, ou environ, dans les Etats du g
gol. Avec une Lettre (à Monſeigneur Co
l'étenduë de l'Hindouſtan, Circulation de l
l'argent pour venir s'y abimer, richeſſes, fo
tice, et cauſe principale de la decadence des
l'Aſie. ibid. 1671. 12. Quae omnia typi
Hag. Comit. 1671 et 1672. 12. Iterum
inſcriptione: *Voyages de* FRANÇOIS B
contenant la deſcription des Etats du gra
de l'Hindouſtan, du Royaume de Kachemire
tout enrichi de Cartes et de Figures. à
1699. II Voll. in 12 mai. ibid. T. I. 171
1709. II Voll. in 12 mai. ibid. 1711. II
12 mai. ibid. 1722 — 1724. IV Voll i

ratim editae fuerant, ordine collocatae. — *glice*, Lond. 1671. 8. ibid. 1675. Pars II. 1676. — Theotiſce in collectione ſic inſcripta: *atiſche und Africaniſche Merkwürdigkeiten dieſer t, das iſt: Beſchreibung der Königreiche von Ar-* r (Algier) etc. Nürnberg 1676. 4. — Auctor 1654 Palaeſtinam indeque Aegyptum petiit, anvero 1655 terras magni Mogolis, bello immani n flagrantes, cuius hiſtoriam in libello primum o deſcribit: quae autem poſtea per quinque, quod excurrit, annos geſta ſunt, libello ſupra morato quarto narrat. Secundus et tertius c in primis pertinent; ſunt enim topographici hodoeporici argumenti, ut vel e titulis allatis ere licet. Et ſecundo quidem auctor praecipue eo eſt, ut urbium, Delhi et Agra, deſcriptios exhibeat, et ut ſuperſtitiones incolarum pingat. lecta eſt epiſtola philoſophici argumenti. Editios recentiores habent libellum primum et quarm rite coniunctum, ac poſt ſeſe ſecundum atque tium. Bernierus usque ad a. 1670 in terris iſtis moratus per octo poſteriores annos magni golis, cui nomen Auring-Zeb, archiatri officio ctus eſt. Licuerat igitur illi, permulta videre audire, quae aliis occluſa eſſe ſolent; ideoque tiones iſtius magnam prae ſe ferunt auctoritam. Nemo ſane hucusque meliora de interioris imperii Mogolici partibus docuit. Paſſim dem credulus, paſſim etiam mendax Francos nobis videtur: plurima vero narrationum ſincera fideque digna omnino praedicanda.

L'illuſtre payſan, ou Mémoires et avantures de Moginié.

NIEL MOGINIE', *natif de village de Chézales Canton de Berne, baillage de Moudon, mort à le 22 de Mai* 1749. *agé de* 39 *ans; Omrah de Premiére claſſe, Commandant de la ſeconde Garde*

Mogole, Grand Portier du Palais de l'Emper. Gouverneur du Palangeab. Où ſe trouvent pla particularités anecdotes des derniers Révolutions Perſe et de l'Indoſtan et du regne de Thamas-Kan. Ecrit et addreſſé par lui même à ſon François, ſon Légataire. à Lauſanne 1754. 8. tiſce hac epigraphe: *Der erlauchte Bauer, ode beusgeſchichte und Begebenheiten* Daniel Mog *enthaltend verſchiedene geheime Nachrichten vo letzten Veränderungen in Perſien und Indoſtan von der Regierung des Thamas-Kouli-Kan. Au Franz.* Berlin 1755. 8. Alia verſio The prodiit ſic inſcripta: DANIEL VON MOGI *ſelbſt eigene Beſchreibung ſeiner Reiſe und ſelt Begebenheiten in Perſien und Indoſtan; herausg* von (Richard) Tomlinſon. *Bern* 1763. II P in 8. — Liber hiſtorici magis, quam geogra argumenti, utpote qui, praeter auctoris fata bilia, multa de rebus titulo memoratis tradit, haud obvia, certe minus explicita. Nos Vol. I. P. II. p. 63 ſqq. ubi de rebus Perſicis recentioris ſermo, huius quoque ſcriptoris p inſtructi meminiſſemus, ſi tum eius librum co viſſemus. In uſum eorum, qui de rebus Pe hiſtorias condidere, veniſſe haud videtur.

HOLLWELLI aliorumque relationes ſectio tia, libris hiſtoricis deſtinata, ſiſtet.

II. *Scriptores de Bengala.*

Ayin Akbary etc.

The Ayin Akbary: or the inſtitutes of the peror Akbar. Translated from the Original Pe (*by* Francis Gladwin). *London* 1777. 4. — Al magnus Mogol, a. 1605 mortuus, conſiliario celeberrimo, *Abul-Fazel*, commentarios im latiſſime tunc temporis patentis, conficere i in quibus omnia, quae ad peritiorem cognitio

ſ

ſtatus publici ſingularum provinciarum facere poſſent, diligenter notata et deſcripta eſſent. Anglus *Iones* in Grammatica a ſe confecta Perſica p. 142 opus maxime commendare; popularis eius Gladwin poſtea Calcuttae a. 1775 illud linguae Anglicae donare, eiusque ſpecimen, non vero librum integrum, inſcriptione modo memorata typis mandare coepit. Continet id *Subah* ſeu provinciam Bengalicam, in primis eius geographiam, reditus, opes et copias, quales quidem Akbaro imperante fuerint. Quibus cum conferri poſſunt, quae *Rennel* ac *Tieffenthaler* de ſtatu Bengalae recentiore retulere.

PETER FLORIS WILLIAMSON *du Golfe de Bengale;* in *Thevenot* Relation de divers voyages curieux etc. T. I. P. I. — Auctor rei mercatoriae ſtudens, a ſocietate Anglico-Indica a. 1610 miſſus in Indiam orientalem, breviter, quae ibi usque ad a. 1613 geſſit, narrat. Floris.

WILL. METHOLD'S *Treat of the Gulf of Bengale, as alſo Golconda, Arracan, Pegu, Tannaſſery* etc.; in *Purchas's* Pilgrimage. Lond. 1625. fol. et in *Thevenot* Relation de divers voyages curieux etc. T. I. P. I. Methold.

BARTH. PLAISTED'S *Journal from Calcutta in Bengale* etc. Cf. Bibl. huius Vol. II. P. I. p. 208. Plaiſted.

JAMES RENNEL'S (ſupra Vol. II. P. I. p. 385 laudati) *Bengal Atlas, containing maps of the theatre of war and commerce on that ſide of Hindoſtan, compiled from the original ſurveys and publiſhed by Order of the honourable Court of Directors for the affairs of the Eaſt India-Company.* (London) 1782. fol. max. Editio minus ſumtuoſa, cum commentariolo, quo prior caret. ibid. 1783. Tabulae geographicae ſumma cum cura elaboratae Rennel.

viginti, quibus globi noſtri terraquei notitia in modum augetur atque iuvatur, inſunt.

III. *Scriptores de littore Malabarico.*

Ioſephus. *Prima ſpedizione all' Indie Orientali del* GIOSÈPPE DI S. MARIA, — *de legato ap ne' Regni de' Malavari* etc. Cf. ſupra Vol. p. 350.

Balde. PHILIP. BALDE ſ. BALDAEUS *Beſch der Oſtindiſchen Landſchapen, Malabar, Che del, Ceylon* etc. Cf. ſupra Vol. II. P. I. p.

de Biervillas. INIGO DE BIERVILLAS *Voyage à la Malabar* etc. Cf. ſupra Vol. II. P. I. p. 372

Viſſcher. *Malabaarſe Brieven, behelzende eene nauw Beſchryving van de Kuſt van Malabaar, den des landts, de zeeden en gewoontens der inw en all het vornaamſte, dat in dit geweſt van valt aantemerken. Door wylen* IACOBUS CA VISSCHER, *in leven Bedienaar des Evan eerſt te Couchim op Mallabar, naderhand te E nu uitgegeven door* C. T. Viſſcher, *Predi Pingjun.* Te Leeuwarden 1743. 8.

Dellon. DELLON *Nouvelle Relation d'un voyage f Indes orientales* etc. Cf. ſupra Vol. II. P. I.

Prevoſt. PREVOST in collectione itinerariorum, mam partem e ſermone Anglico in Fran cum verſa, exhibuit deſcriptionem littoris barici, a ſe ipſo, ut videtur, confectam (p. 447 — 469 ſecund. verſ. Theot.). Mal mores et religio littorisque Malabarici ſolu bores, plantae, animalia in primis, ſec ſcriptores probatiſſimos breviter exponunt

Eſchels-Kroon. ADOLPH ESCHELS-KROON *von den plätzen auf der Malabariſchen Küſte in Oſ* in *Polit. Journal* a. 1781. Decemb. p. 460

De inſula *Bombay* praeter alios videndus OVINGTON *Voyage to Suratt in the year* 1689 etc. Cf. Bibl. hiſt. Vol. II. P. I. p. 362. Conſulendus quoque EDUARDUS IVES, ibidem p. 376 ſqq. laudatus, et quidem L. I. cap. 3. Recentiora et accuratiora de eadem, cum ichnographia praeſtantiore illa, quam Ovington tradidit, exhibet NIEBUHR in itinerario celebratiſſimo T. II. p. 1 ſqq. Cf. Bibl. hiſt. Vol. II. P. I. p. 210 ſq. Ovington. Ives. Niebuhr.

De urbe *Suratta* conſulendi ſunt iidem, atque CHRIST. LANGHANS, laudatus ſupra Vol. II. P. I. p. 369. Langhans.

Item OLOF TORE'EN in *Reſa til Surate och Oſtindien* (1757), de quo infra inter ſcriptores de rebus Sinicis; atque I. H. GROSE ſupra Vol. II. P. I. p. 375 citatus; et SONNERAT ibid. p. 382. Toréen. Groſe. Sonnerat.

IV. *Scriptores de littore Coromandelico.*

E ſcriptoribus, ſectione prima huius capitis enumeratis huc referendi: BALDAEUS, DE LA FLOTTE, GRENIER, IVES, LE GENTIL praecipue, aliique.

Prae multis etiam conſulendum eſt opus infra recenſendum: *Däniſche Miſſionsberichte* etc. atque *Mémoires du Colonel Lawrence* etc.

Beſchreibung von Maſulipatan und der engliſchen nordlichen Circars auf der Küſte Koromandel in Oſtindien, nebſt einigen benachbarten Provinzen; in *I. R. Forſter* und *M. C. Sprengel Beyträgen zur Völker- und Länderkunde* (Leipz. 1783. 8.) P. III. p. 1 — 56. — Haec deſcriptio haud vulgaria et trita de regionibus iſtis continens, excerpta ac Theotiſce reddita ex tomo XII operis ſic inſcripti: *Les Loiſirs du Chevalier* D'EON DE BEAUMONT, *ancien Miniſtre* d'Eon.

niſtre plenipotentiaire de France, ſur divers j importans d'adminiſtration etc. (à Amſterd. 1 8 mai.)

Anonymus de urbe Madras.

Anonymi libellus: *Die auf der Küſte Coro del in Oſtindien befindliche groſse und berühmte der Engliſchen Nation,* Madras *oder* Fort S. Ge *in Vorſtellung der Gemüthsbeſchaffenheit, der S der Aufführung, des Verhaltens und der eigentl Art der Eingebohrnen, desgleichen ihres Gewerbes Haushaltung, der Früchte des Landes und der F barkeit der Gärten; vermittelſt* 30 *gemeiner Geſpr anfangs in Warugiſcher, und nachgehends in E ſcher Sprache beſchrieben von* B. S. *Anietzo in teutſchen Ueberſetzung aus dem Engliſchen bek gemacht durch* I. H. G. *Nebſt einem Anhange der Witterung auf oben genannter Küſte und an dahin gehörigen Merkwürdigkeiten,* Halle 1750. 8 Auctor, in urbe iſta diu commoratus, ibi opuſculum hocce compoſuit.

Recentiora de urbe Madras exhibent epiſt praefecti militaris anonymi e Germania ori atque militiae Anglicae in terris iſtis a. 178 1783 operam dantis; in ephemeridibus Theot *Politiſches Journal* (*Hamb.* 1784) Partic. II. p. ſqq. Partic. IV. p. 323 ſqq.

V. *Scriptores de inſula Ceylon ſ. Zeilan ſ. Sel*

Plures ſcriptorum de India orientali gene huc quoque ſpectant v. c. BALDAEUS, M DELSLO, SAAR, VALENTYN (P. V.), I SONNERAT etc. Singularem vero operam graphiae ut et hiſtoriae eiusdem inſulae impe runt ſequentes:

Knox.

ROBERT KNOX *hiſtorical Relation of the I. Ceylon in the Eaſt-Indies: together with an ac of the detaining in captivity the* AUTHOR

DIVERS OTHER ENGLISHMEN *now living there; and of the Author's miraculous eſcape.* London 1681. fol. Theotiſce, Lipſ. 1681. 4. ibid. 1689. 4. *Francogallice*, à Lyon 1684. II Voll. in 12. ibid. 1693. II Voll. in 12. à Amſterd. 1693. II Voll. in 12. *Belgice*, Utrecht 1692. 4. Omnes verſiones, ut archetypum, cum figg. aen. — Egregii huius operis auctor a iuventute ſua in navigationibus Indicis verſatus, in inſula, quam deſcribit, integrum fere tempus vicennale, inde ab anno 1657, captivus exegit; commoditatem ita nactus, ſtatum et mores iſtius terrae exactius et ad minima usque pernoſcendi. Cuius cognitionis copiam ut aliis faceret, inſtigatus in primis fuit a *Richardo Hooke*, qui et ipſe in praefatione, quam adiunxit, relationem hanc a ſe reviſam multis nominibus commendare non dubitavit, tantoque maiorem auctori fidem accommodandam putat, quod ab omni iactantia alienus ſit, linguam quoque Ceilanicam perinde ac vernaculam calleat, nihil inſuper litteris conſignaverit, quod non ipſe aut ſuis viderit oculis, aut certe ab indigenis inſulae acceperit, tanquam pervulgatum et communi ore pro certo agnitum. Caeterum de iis potiſſimum agere intendit Anglus, quae Europaeis hactenus maximam partem manſere incognita, praecipue quid in mediterraneis inſulae locis agatur; iſtuc enim pauciſſimis aditum patere, indeque factum ait, ut ipſae quoque chartae geographicae quoad haec imperfectae hactenus manſerint, ad quem effectum ſupplendum ipſe novam exhibet mappam Ceilanenſem, ex propria itinerum ibi factorum experientia concinnatam. Litorales vero tractus inſulae quod attinet, qui omnes Belgarum parent dominio, paucioribus eosdem ideo tetigit, quod ſufficiens ipſorum notitia iam ex aliorum itinerariis

habeatur. Univerſum opus in quatuor ſectiones diſpeſcuit. In prima agit de ipſa regione eiusque proventu; in ſecunda de rege et regimine civili; in tertia de inhabitantium indole, religione et moribus; in quarta denique ſui ipſius hiſtoriam, captivitatem, fata ibi habita, fugamque tandem periculorum pleniſſimam perſequitur.

Cf. Actorum Erud. Suppl. T. I. p. 36—47.

Ribeyro. JEAN RIBEYRO *Hiſtoire de l'iſle de Ceylan, ecrite en* 1685 *et traduite du Portugais par Monſr. l'Abbé* LE GRAND. à Trevoux 1701. 12. à Amſterd. 1701. 12. à Trevoux 1707. 12. à Amſterd. 1719. 12. ibid. 1750. 12. — Inſcriptionem archetypi Luſitanici annumque, quo praelo mandatum fuerit, nullibi indagare poſſumus. Auctor, praefectus militaris, bello, quo ſaeculo ſuperiore Luſitani ſedes, in inſula Ceylon ſaeculo decimo quinto occupatas, Belgis cedere coacti ſunt, octodecim per annos interfuit. Libro primo capitibus XXV complexus eſt potiſſimum res inſulae geographicas moresque Singalenſium; ſecundo, capitibus XXIII hiſtoriam bellorum, a Luſitanis adverſus regem inſulae, in urbe Candy degentem, et adverſus Belgas geſtorum; tertio denique breviter, quos errores Luſitani in occupanda India orientali commiſerint, demonſtrat. Interpres Francogallicus pluribus capitibus additiones ſubnexuit, cum e chartis manu ſcriptis, a Marchione de Fontes praecipue oblatis, tum ex libris in Luſitania alibique typis impreſſis; quae ſubſidia in praefatione commemorat. Adiecit inſuper plures tabulas aeri inciſas, v. c. tabulam inſulae geographicam, a geographo celeberrimo *de l'Isle* ſcite delineatam, ichnographias urbium, icones plantarum etc.

Ex

: his aliisque libris corraſa ſunt, quae SAL- Salmon.
Anglice dedit in Deſcriptione inſulae Ceylan
); Belgice deinde cum annotationibus exhi-
A. VAN GOCH, atque anonymus Theotiſce van Goch.
lit hoc titulo: *Allerneueſter Zuſtand der welt-*
nten Zimmet- und Elephanten - Inſul Ceylon.
). 1731. 8.

errn IOHANN CHRISTOPH WOLFS, *vorma-* Wolf.
erſten Geheimſchreibers in Staats- und Juſtitzſa-
en Jaffanapatnam auf Zeilan, itzigen herzoglich
enburgiſch - Schwerinſchen Amtmanns, Reiſe
i Zeilan: *Nebſt einem Berichte von der holländ-*
n Regierung zu Jaffanapatnam. Berlin und
in 1782. *Zweyter Theil.* ibid. 1784. 8 mai. —
ice, London 1784. 8. — Fide digniſſimus
tor, adhuc in vivis, dum haec ſcribimus.
t enim paene annis viginti in inſula iſta —
) autem anno ibidem advenerit, haud memo-
— negotiisque variis, iisdemque partim magni
menti, interfuit. Candor ſtudiumque vera
ndi ubique elucent. Deſcribit arbores plan-
e, animalia, elephantem in primis, eorumque
em, margaritarum piſcatum, coelum ac ſo-
, regem ſ. imperatorem inſulae formamque
ninis, ſubditos eiusdem, multum diſtantes ab
quorum Knoxius memorat, quippe cultiores
s Belgarum commercio, quam Luſitanorum.
um eſt in pingendis Singalenſium moribus.
ta ſunt nonnulla de commerciorum ratione
eosdem atque Belgas. Parti priori adiecta
erſio relationis Belgice ſcriptae, antea haud
cem editae, ſuper Belgarum adminiſtratione
in urbe et regno Jaffanapatnam. Pars poſte-
comprehendit varia prioris ſupplementa. —
r huius itinerarii anonymus varias adſperſit
notas.

notas. In praefatione ſcriptores de inſula Ceylan nonnullos enumerat.

Eſchels-Kroon. ESCHELS-KROON *Beſchreibung der Inſel Ceylan, oder Ceylon. Erſter Theil;* in *Polit. Journal* (Hamburg) 1782. Ian. p. 14—24. *Zweyter Theil;* ibid. Febr. p. 113—133. — Non modo recentiſſima, verum etiam fide digniſſima refert auctor, aliis etiam ſcriptis, res Indiae orientalis illuſtrantibus, clarus. Statum inſulae hodiernum geographicum ac civilem, rationemque cinnamum colligendi, potiſſimum exponit.

VI. *Scriptores de inſula Sumatra.*

Praeter I. W. VOGELIUM (Cf. huius Bibl. Vol. II. P. I. p. 361 *) OLITZSCHIUM (Cf. ibid.) VALENTYNUM aliosque ſcriptores generales huc in cenſum veniunt:

Miller. CAROLUS MILLER, Anglus, rerum naturalium peritiſſimus, circa annum 1771 in Sumatram inſulam miſſus, epiſtolas nonnullas inde ſcripſit amicis Londinenſibus, quarum excerpta exhibita in collectione celeberrima: *Philoſophical Transactions* Vol. LXVIII. P. I. p. 161 — 179. 1778. Theotiſce reddita in *I. R. Forſter* et *I. M. Sprengel Beyträgen zur Länder- und Völkerkunde* (1781) T. I. p. 1—36. *Forſter* annotationibus utiliſſimis Angli relationem illuſtravit. Aliam verſionem Theotiſcam tradidit ſine notis *C. D. Ebeling* in *Neue Sammlung von Reiſebeſchreibungen* (Hamb. 1781. 8.) T. II. p. 1—24. Inſerta quoque foliis hebdomadariis: *Hannöveriſches Magazin* 1781. Gratae erant

*) Quae loco laudato de Vogelii itinerario iudicavimus, amici ſententia erat: nobis vero, poſtquam id ipſi inſpeximus, paullo mitius de eodem ſentiendum eſſe putamus. Certe, quae de inſulis Sumatra et Iava referuntur, haud contemnenda ſunt.

erant Milleri obſervationes, licet maximam partem leves ac mancae, quia per tempora ſat longa parum novi de inſula iſta in Europa innotuerat. Poſtea longe pleniora, doctiora et perfectiora accepimus a duumviris, quorum prior eſt

ADOLPHUS ESCHELS-KROON, cuius narratio edita eſt hac inſcriptione: *Beſchreibung der Inſel Sumatra, beſonders in Anſehung des Handels, und der dahin gehörigen Merkwürdigkeiten. Nebſt einer Original-Karte, von* Adolph Eſchels-Kroon, *vormaligen Reſidenten der Holländiſchen Oſtindiſchen Compagnie zu Ayerbongies auf Sumatra. Herausgegeben mit einer Vorrede von* Gottlob Benedict von Schirach. *Hamburg* 1781. 8 mai. Et in collectione Ebelingiana modo laudata T. III. — Auctor octo per annos (inde ab a. 1766) in inſula commoratus munereque, quod libelli titulus prodit, functus, interiora inſulae curioſius et exactius, quam alii Europaei ante eum, ſcrutatus eſt. Iucunda aeque ac nova multa refert de Sumatrae ſitu, fluminibus, locis mercatoriis, Belgarum in primis, de quorum ratione et inſtitutis antea nihil certi in Europa innotuerat. Idem valet de iis, quae de Anglorum mercatura adiecit. Tabula, quam titulus libelli innuit, geographica minime nova, ſed e Valentyni opere deſumta eſt. Eſchels-Kroon.

WILLIAM MARSDEN'S *Hiſtory of Sumatra, containing an Account of the Government, Laws, Cuſtoms and Manners of the native Inhabitations, with a Deſcription of the natural Productions and a Relation of the ancient political ſtate of that Island.* London 1783. 4. Epitomen libri *Theotiſcam* exhibere coepit — nondum enim finita — *I. M. Sprengel* in modo laudata collectione: *Beyträge zur Völker- und Länderkunde* (1783 et 1784) T. III. p. 273—316. T. IV. p. 241—274. Integrum librum Marsden.

librum *Theotiſce* reddidit anonymus *Lipſ.* 1
8 mai. — Anglus peritiſſimus, ſagaciſſimu
doctiſſimus omnes, qui de inſula Sumatra ſeu
tum ſeu parum commentati ſunt, antec
Eſchels-Kroonio tamen honos meritumque
manebit propter relationem de ſedibus Belg
ibi conſtitutis exactiorem. Marsdenius diu ib
commoratus, munereque Secretarii in ca
Marlborough, ſede directorum, qui rebus An
in Sumatra proſpiciunt, functus, memorabili
tiſſimum littoris occidentalis, ab Anglis occu
gentiumque, quibuscum foedera iunxere com
ciaque agunt, accurate tradit. Agit igitur ſe
nibus ſingulis de inſulae ſitu ac ſolo, variis
ventibus fructibusque, rei mercatoriae praeſe
inſervientibus, de incolis eorumque lingua,
bus moribusve, de ſtatu regnorum praecipu
civili. Subiuncta eſt inſulae hiſtoria, qualis
penuria monimentorum condi potuit. Omn
auctore circumſpecte docteque expoſita ver
que conſentanea videntur. Tabula adiecta
graphica regiones locaque, ab Europaeis cult
ſaltem perluſtrata, longe curatius, quam a
repraeſentat.

Cf. *Götting. Anzeigen* a. 1783. p. 629—636.
BUESCH *und* EBELING *Handlungsbibliothek*
Stück I. p. 158—161.

VII. *Scriptores de inſula Iava urbeque Batav*

Poſt ſcriptores nonnullos generales ſupra
meratos, V. C. NIC. DE GRAAF, NIEUI
WOUTER SCHOUTEN ſ. SCHULZEN,
NOUT VAN OVERBEKE, I. W. VOGEL,
GUAT, VALENTYN, DE BIERVILLAS, C
SCHWARZ, HEYDT, IAC. FRANK, ſequentes
ſaxum volverunt:

onymi *Reyſe naer Java.* Dordrecht 1666. 4. Anonymi Reyſe etc.
RIST. FRIEDRICH WALBAUMS *Hiſtorie* Walbaum.
indiſchen Inſel Groſs-Java und aller übrigen
diſchen Colonien in Oſtindien. Jena 1753. 8. —
iptor Indiam ipſe non vidit, ſed librum ex
iis a nobis commemoratis compoſuit, qui-
nen haud ubivis caute uſus eſt, ideoque
lſis miſcuit. Praeter hiſtoriam inſulae geo-
, et haec quidem ſatis imperfecte, deſcri-

C. CORNEL. MATTHAEI RADERMACHER Radermacher et van
VAN HOGENDORP *Korte Schets van de Be-* Hogendorp.
n der Nederlandſche Ooſt-Indiſche Maat-
e; in *Verhandelingen van het Bataviaaſch*
ſchap der Konſten en Wetenſchappen. 1 Deel
avia gedrukt 1779. 8.) p. 5—18. Eorun-
eſchryving van het Koningryk Jaccatra; ibid.
—41. Eorundem *Beſchryving van de Stad*
; ibid. p. 42—70. Referri etiam huc poteſt
OOYMAN relatio de agricultura et opificiis
Bataviam; ibid. p. 173—262. Quae omnia
iſce quoque legi poſſunt in verſione Com-
riorum iſtorum ſocietatis Batavae litterariae,
onymo *B.* Lipſ. 1782 evulgata notulisque
ta. Epitome deſcriptionis urbis Bataviae
iſce etiam reddita a *Georgio Forſter* in *Göt-*
Magazin a. 1782. P. II. p. 256 ſqq. — *Ra-*
her, cui origo huius ſocietatis debetur, con-
s Indiae Belgicae extra ordinem atque Scho-
, praematura morte a. 1782 ſ. 1783 ex-
s: W. *van Hogendorp* autem, mercator litte-
outus, adhuc, quantum ſcimus, in vivis eſt.
na diſſertatione, titulo iam docente, omnes
um in India orientali ſedes breviter enume-
, praecipue quas in inſula Java occuparunt.
m ibidem florens Jaccatrenſe ſingulari diſſer-

tatio-

tatione deſcribitur, potiſſimum quidem ration
ſtoriae naturalis. Nec iniucunda, quae de
norum moribus traduntur. Deſcriptioni Bat
adiecta narratio de variis nationibus ibi habit
bus, de numis, menſuris ac ponderibus ib
uſitatis. — *Hooyman*, eccleſiaſtes, exacte in
mis docet, quo modo ſaccharum in Java c
atque conficitur.

Anonymi Batavia etc. *Batavia, de Hoofdſtad van Neerlands O. I*
in derzelver Gelegenheid, Opkomſt, voortreffelyk
bouwen, hooge en laage Regeering, Geſchieden
Kerkzaaken Koophandel, Zeden, Luchtsgeſtel
Ziekten, Dieren en Gewaſſen, beſchreeven. Aml
1782 — 1783. IV Voll. in 4. — *Theotiſce*
epigraphe: *Beſchreibung und Geſchichte der H*
ſtadt in dem Holländiſchen Oſtindien Batavia;
geographiſchen, politiſchen und phyſikaliſchen
richten von der Inſel Java; aus dem Holländ.
ſetzt von Ioh. Iac. Ebert, *Profeſſor der Mathe*
zu Wittenberg. Leipzig 1785. II Partes, cum
aen. in 8 mai. Pars tertia et quarta verſi
dum haec ſcribimus, nondum in lucem pr
runt. Inſcriptio verſionis operis argumentum
actius, inſcriptione archetypi, indicat. Com
hendit nimirum non ſolum deſcriptionem copi
et accuratam urbis Bataviae, verum etiam t
inſulae Javae. Tomo enim primo traditur
ſcriptio huius geographica, adſperſis mom
hiſtoricis; ſiſtuntur porro ritus moresque Jav
rum religioſi ac domeſtici; ſequitur hiſtoria e
ſcriptio urbis Bataviae. Tomo ſecundo conti
tur narrationes de Belgarum regimine Batavia
in omni, qua illis paret, India orientali, ſimu
continuatur hiſtoria Bataviae: Ebertus ver
huius tomi relationem de ſocietate litteraria B
viae inſtituta addidit. In tomo tertio auctor m
ir

ncolarum urbis reprehendendo pingit; ſubiungit elationem de ſtatu Belgarum eccleſiaſtico in India rientali, Bataviae potiſſimum, atque deſcriptionem uberiorem et, ut videtur, exactam de commerciis Belgarum in India. Tomus quartus omnis rgumenti phyſici ac medici eſt, teſte operis titulo. Adiectae ſunt operi praeſtantiſſimo plures figurae ieri inciſae, e quibus verſioni ſolummodo adiunctae, quibus facile carere haud poſſis. In his eminet tabula geographica, inſulam Javam repraeſentans. Auctor caeterum nobis ignotus ipſe quidem Indiam haud peragraſſe videtur: ſtudium tamen, vera et accurata indagandi et tradendi, ubique paene elucet.

Nachricht von dem Holländiſchen Handelsplatze Nachricht
Batavia, aus den neuſten Engliſchen Seereiſen gezo- von Batavia.
gen; in *Wittenb. Wochenblatt* T. VIII. p. 369 ſqq. et 377 ſqq.

VIII. *Scriptores de inſulis Moluccis, Borneo, Celebes, aliisque adiacentibus.*

Praeter PYRARDUM DE LAVAL, ſupra Vol. II. P. I. p. 342 a nobis excitatum, IACOBUS ZIEGLERUS libellum de Inſulis Moluccis ſcripſiſſe dicitur; ſaltem mentio illius fit in titulo operis eiusdem ſic inſcripti: Liber de regionibus ſeptentrionalibus et Moluccis inſulis. *Antverp.* 1542. Nunquam vero illum vidimus, nec, quicquid in illo praeſtitum fuerit, dicere poſſumus.

ANTONIUS PIGAFETTA in *Itinerario, overo* Pigafetta.
Viaggio altorno il mondo (Lond. 1585. 4. Verſio Theotiſca a Sprengelio elaborata notisque illuſtrata in *Beyträgen zur Völker- und Länderkunde* T. IV. p. 1 ſqq.) alibi recenſendo varia, a ſcriptoribus poſterioribus mutuata, tradidit de inſulis hisce,

quae in itinere celeberrimo, a Ferdinando M
han circa terrarum orbem inde ab a. 1519 ſuſ
obſervaverat.

Maximilia-nus. *Epiſtola di* MASSIMILIANO, *Transſilvan
gretario della Maeſtà dello Imperatore, della
rabile e ſtupenda navigazione fatta per le Spa
lo anno* 1519 *altorno il mondo;* in Ramuſii
ctione Vol. I. p. 374 ſqq. et in collectione
vagiana: Novis orbis regionum ac inſularur
Baſil. 1555. fol. De Moluccis inſulis, potiſſ
agit Maximilianus, teſtis oculatus; quapropt
collectione Heervagiana epigraphe audit: E
de Moluccis.

Gaietano. JUAN GAIETANO *Relatione dell' iſole Mo*
in Ramuſii *Raccolte delle navigationi* etc. T.

Argenſola. *Conquiſta de las islas Malucas al Rey Felip
por el Licenciado* BARTOLOME LEON DE AR
SOLA. Madrid 1609. fol. *Francogallice* Am
1706. III Tomi in 12. cum figg. aen. *Angli
Stevens Collection of Voyages* T. I. p. 16 ſqq.
tiſce e verſione Francogallica, Francof. et Lipſ.
1711. II Voll. in 8. — Hiſtoriam quidem
Inſcriptio operis innuit: verum inſunt qu
geographica haud contemnenda. Auctor (†
a. 1630) aliis libris hiſtoricis clarus, ipſe qu
inſulas iſtas oculis nusquam uſurpavit, ali
[illegible], qui ibidem verſati erant, ſubſidiis adi
ſe uſiſſe teſtatur. Quae igitur fata fuerint in
rum, frugum variarum, et nucis moſchatae
primis atque caryophillorum lacto proventu
rentium, exponendum ſuſcepit, graviſſimas
cipue conflictationes gentium Europaearum,
illarum; poſſeſſionem ortas. Ritus moresque
colarum haud neglecti.

Rios-Coronel. HERNANDO DE LOS RIOS-CORONEL,
bytero y Procurador general de la Filipinas,

orial y relacion para ſu mageſtad, de lo que conve-
iene remediar de la riqueza que ay en ellas, y en
s iſlas de Maluco. Madrid 1621. 4.

CORNELII MATELIEF Diarium itineris in Matelief.
ıdiam orientalem; in RECUEIL DES VOYAGES
c. ſupra Vol. II. P. I. p. 365 ſqq. recenſito T. III.

Deſcriptio inſularum Moluccarum, ex variis
riptoribus hauſta ac compoſita, in relatione iti-
erariorum. *Prevotiana* T. VIII. p. 314 — 338.
erſ. Theot.

E recentioribus huc pertinent FORREST et
ONNERAT, mox laudandi.

Recentiſſima vero, eaque exacta ſideque di- Eſchels-
niſſima tradit ADOLPHUS ESCHELS-KROON in Kroon.
eſcriptionibus inſularum Bandae et Amboinae
ique circumiacentium, Theotiſce elaboratis. Ex-
at nimirum: *Beſchreibung der Inſeln Banda und*
es Gewürzhandels daſelbſt in *Polit. Journal* a. 1781.
ept. p. 193 — 212; atque: *Beſchreibung der Inſel*
Amboina und der zehn andern Nelkeninſeln; ibid.
Octob. p. 239 — 255. *Kultur, Einſammlung und*
Handel der Gewürznelken auf Amboina und den andern
Nelkeninſeln; ibid. Novemb. p. 343 — 351.

* * *

Captain DANIEL BEEKMAN'S *Voyage to and* Beekmann.
rom Island of Borneo. Lond. 1718. 8. Cum ta-
ulis geographicis multisque aliis figuris aeneis.
Ampla eſt deſcriptio partium littoralium inſulae
iusque incolarum. Addita eſt relatio de modo,
uo Angli a. 1714 ibidem ſedes fixerint. Inſunt
orro narrationes de inſulis Canariis, de inſulis
romontorii viridis, Javae, Madurae, promon-
orii bonae ſpei, inſulae St. Helenae etc.

Herrn JACOB JANSON DE ROY, *geweſenen* de Roy.
Capitains in Oſt-Indien, Merkwürdiges Leben und

ausgeſetzt worden, ſo er ſelbſt ausgeſtan
einer ſehr curieuſen Beſchreibung der I
und derſelben Königreichen; als Banga
Succadana, Cottaringen, der Oerter, d
und anderer, nebſt ihren trefflichen Gold
mant-Bergwerken, Campffer und ander
wie auch von ihren Gold-reichen Berg
und Dörffern, der Schönheit ihrer We
Heyrathen, Neigung und Sitten der Einwoh
Wie auch ein beſonderer Bericht von dem
Atchin auf Sumatra, nebſt deſſen Lande
gierung und Execution der Leib- und Le
wider die Diebe, durch den Autorem ſelbſt
wegen ſeiner Curioſität, und zum wahr
Göttlicher Direction, nach einer richtige
Tag gegeben, und mit nöthigem Regiſt
Aus dem Holländiſchen mit allen Fleiſs üb
D. G. A. Z. *Im Jahr* MDCCXXIII. (
Fides huius ſcriptoris maxime inde collig
opus univerſo ſenatui Belgo-Indico e
rectori, Guil. van Outshon, Bataviae a
didit, antequam typis mandatum fuit.

Echels- Pauca quidem lectu tamen dignis

Theile von Borneo; in eiusdem et Sprengelii *Beiträgen zur Länder- und Völkerkunde* (1782) T. II. 236—302. Recentiſſima ſunt, quae de inſulis e litteris conſignata habemus, hauſta praecipue

ALEXANDRI DALRYMPLE *Plan for extending Commerce of this Kingdom and of the Eaſt-India Company.* Lond. 1769. A. Dalrymple.

W. VAN HOGENDORP *Beſchryving van het Eiland Timor;* in *Verhand. van het Batav. Genootſch.* T. I. p. 273—306. et in verſ. Theot. T. I. 311—335. — Quo exilior huius inſulae, Belgarum poteſtati ſubiectae, notitia hactenus fuerat, eo gratior haec narratio fide, ut videtur, digna atque exacta. v. Hogendorp.

(NICOL. GERVAISE) *Deſcription hiſtorique du royaume de Macaçar diviſée en trois livres.* à Paris 1688. 12. — *Augmentée de diverſes piéces.* à Rouanne 1700. 12. — Libro primo de ſitu regni, eius plantis, animalibus, fluviis ac praeſtantioribus urbibus agitur; ſecundo, de moribus et ritibus incolarum, eorum regimine, reque domeſtica; tertio, de religione vetere Macaſſariorum, eaque, quae hodie utuntur. Addita eſt inde a p. 203 Relatio de memorabilibus belli geſti a Batavis contra Macaſſarios inde ab a. 1666 usque ad a. 1669, auctore Cornelio Speelmann. Gervaiſe.

Deſcriptio inſulae Celebes ſ. Macaſſar; in collectione itinerar. Prevotiana T. XI. p. 478—500 Amſtelod. verſ. Theotiſcam.

IX. *Scriptores de insulis Philippinis, Maghindanao, Marianis etc.*

Hic in censum veniunt, praeter RIOSRONEL, LE GENTIL (P. I.) et SONNERAT iam laudatos, sequentes:

Gaspar di S. Augustin. Fr. GASPAR DI SAN AUGUSTIN (Missionis in insulis Philippinis) *Conquista de las Islas Philipinas.* Madrid 1698. fol. Amplissimis harum insularum descriptionibus historico-geographicis opus accensetur.

Gemelli-Careri. IOH. FRANC. GEMELLI-CARERI Tom operis alibi describendi: *Giro del mondo* (in Ve 1719. 8.) de insulis Philippinis fuse agit. Ve finem saeculi XVII ibidem fuit.

Torrubia. JOSEPH TORRUBIA *Dissertacion historicotica y en mucha parte geografica de las islas Philipinas.* Madrid 1753. 12. Auctor, mortuus a. 1 fuit praefectus monachorum ordinis S. Francis urbe Manila.

Sprengel. M. C. SPRENGEL *Geschichte und Beschrei der Philippinischen Inseln;* in saepe laudatis *trägen zur Völker- und Länderkunde* T. II. p. 122. — Optimis subsidiis adiutus, singulari ft iudicioque subacto, auctor insulas, earumqu colas atque memorabilia alia, cum earunden storia, descripsit. Tabula geographica subne collatione plurium, quae de his insulis exi enata est.

* * *

Combes. FRANC. COMBES *Historia de las islas de danao, Jolo y sus adjacentes, progressos de l*

li

*) Cum in itinerario a nobis iam recensito, (Vol. II.) in alio mox describendo. Quae in posteriore de lis Philippinis referuntur, excerpsit ac Theotisce dit *H. A. O. Reichard* in *Gothaischen Magazin* p. 142 sqq.

…, *y armas catholicas.* Madrid 1667. fol. — …ctor, Saragoſſa in Aragonia oriundus, Ieſuita, …ionarius in inſulis Philippinis, lector theologiae …nilae, mortuus eſt a. 1665.

WILL. DAMPIER in *Account of a new voyage* Dampier. …*nd the World* (London 1697 ſqq. III Voll. in 8.) …i deſcribendo, exactiora de inſula Magindanao …indanao exhibuit. Exactiſſima vero.

FORREST in libro proxime commemorando. Forreſt. …e Anglus de inſula iſta tradidit, excerpſit ac …otiſce reddidit *Georg. Forſter* in *Götting. Ma-* … T. II. P. V. p. 268 — 309. (1782).

Ex his aliisque itinerariis M. C. SPRENGEL de- Sprengel. …ionem inſulae Magindanao compoſuit in *Bey-* …*ge zur Länder- und Völkerkunde* (1782) T. II. …3 — 144.

* * *

CHARLES LE GOBIEN *Hiſtoire des isles Maria-* le Gobien. …*à Paris* 1700. 12. II edit. ibid. 1701. 12. — …hac potiſſimum hiſtoria, et ex relationibus Pi-…ttae, Gemelli-Carreri et Dampierii hauſta eſt …iptio inſularum Marianarum in collectione Prevotiana T. XI. p. 377 — 389 ſec. verſ. …ot.

X. *Scriptores de nova Guinea* *).

SONNERAT, *Sous-Commiſſaire de la Marine,* Sonnerat. …*reſpondant du Cabinet du Roi* (de France) *Voyage …ouvelle Guinée, dans lequel on trouve la deſcrip-…des lieux, les obſervations phyſiques et morales, …es détails relatifs à l'hiſtoire naturelle, dans le*

*) Probe ſcimus, novam Guineam mari pacifico ſ. Indiae auſtrali accenſeri: quia vero ſcriptores de illa agentes, inſulas quoque Indiae orientalis deſcripſerunt, hoc loco …mul eorum meminiſſe placuit.

regne animal et vegetal. à Paris 1776. 4 mai. cum figg. aen. CXX. *Theotiſce* ab *I. P. Ebeling*, qui notulas adſperſit, Lipſ. 1777. 4 mai. cum figg. aen. XXX. *Anglice*, Lond. 1781. 12. (cum vel ſine figg. aeneis?) — Epigraphe operis ſplendidi ſuadente huc illud poſuimus, licet plura de inſulis Philippinis ac Moluccis, quam de nova Guinea, referat. Anno 1771 die 29 Iunii auctor, comitantibus duabus navibus, ab inſula *de France* profectus, petiit inſulas iſtas. Alias in itinere repertas deſcribit, aeque ac plantas animaliaque ſibi nova, in omnibus iſtis Indiae orientalis regionibus obvia. Anno 1772 die 4 Ian. reverſus eſt in inſulam *de France*, onuſtus arbuſculis nucis moſchatae et caryophilli aromatici, quarum tamen cultura in inſula modo memorata ſucceſſus haud ſatis proſperos habuiſſe dicitur.

Forreſt. Capt. THOMAS FORREST *Voyage to New Guinea, and the Moluccas, from Balambangan: Including an Account of Magindano, Sooloo and other Islands; and illuſtrated with* 30 *Copper-Plates. Performed in the Tartar Galley, belonging to the Honourable Eaſt-India-Company; during the Years* 1774. 1775. 1776. *To which is added a Vocabulary of the Magindano Tongue.* London 1779. 4 mai. *Francogallice*, Pariſ. 1780. 4. cum figg. aen. *Theotiſce* (ab *I. P. Ebeling*) omiſſis iis, quae ſolis nautis minimaeque lectorum parti placere poſſint, *Hamburgi* 1782. 8; et in collectione itinerariorum Hamburgenſi ſaepius laudata T. III. Tabula geographica, eaque aucta, addita eſt. — Forreſtus quoque novam Guineam vix attigit. Itineris occaſio nata e ſedibus ab Anglis in inſula Balambangan fixis; ibi enim aromata nobiliora, a Belgis ſolum culta aç divendita, colere animus illis erat. Ad conſilium iſtud exſequendum quum plantis arbu-

ſtisve nucis moſchatae et caryophillorum opus
, Belgae vero quovis modo impedirent, quo
us Anglis eorum copia fieret; miſſus eſt For-
is in loca, a Belgarum imperio aliena, ut ibi
tas huius generis conquireret. Inſulae, titulo
is memoratae, praecipue Magindano, diligen-
caeteris deſcriptae. Quae de cinnamo nar-
ur, ex Alberto Seba potiſſimum mutuata.
inſula Borneo quoque varia narrantur; in
a nimirum confugiendum erat Anglis, quum
ncolis inſulae Sooloo (*Sulu*) e Balambangan
rentur. Inſunt plura, non ab auctore ipſo
, ſed auribus tantum uſurpata.

: *Götting. Anzeigen* a. 1779. p. 729—736.
th. gel. *Zeitungen* a. 1779. p. 387—390.

SECTIO III.

Scriptores de hiſtoria Indiae orientalis generales.

Plures ſcriptores veteres Graeci de India, quos
ABO laudavit atque in uſus ſuos vertit, tem- Strabo.
um iniuria perierunt, v. c. ERATOSTHE-
S, ONESICRITUS, NEARCHUS, ARISTOBU-
s caet. Strabo ipſe, ſupra quoque, ubi ſcripto-
de India orientali geographicos recenſuimus
l. II. P. I. p. 337), commemorandus, de India
t libro XV operis immortalis geographici.

PALLADIUS, e Galatia oriundus, natus a. poſt Palladius.
r. nat. 367, denatus ante annum 431, Epiſco-
s primum Helenopolitanus, tum Aſponitanus,
s ex ſcriptis notus, libellum de gentibus Indiae
Bragmanibus, quem habemus, Graece compo-
ſe dicebatur: at recentiores in dubium id vo-
unt, ideo potiſſimum, quia auctoris iter ac ſedes

in India Palladii vitae haud conveniſſe videntur. Quicquid etiam ſit, Palladii nomine notum eſt ac circumfertur ſcriptum illud, editum ex MS. Sambuci, cum interpretatione Latina et notis *Ioachimi Camerarii;* in *eiusd.* libello gnomologico. *Lipſ.* ſine nota anni 8. Quae editio latuit auctorem operis ſequentis: PALLADIUS de gentibus Indiae et Bragmanibus; S. AMBROSIUS de moribus Brachmanorum; *Anonymus* de Bragmanibus; quorum priorem et poſteriorem nunc primum in lucem protulit ex bibliotheca regia *Edoardus Biſſaeus.* Londini 1668. 4. Bonis, quae auctor e veteribus excerpſit, multa admixta ſunt mirabilia atque incredibilia.

Arthus. de Bry. Schottus. ARTHUSII collectio, inſcripta: Hiſtoria Indiae orientalis etc. Vol. II. P. I. p. 331 ſqq. a nobis recenſita, ut et collectio fratrum DE BRY: India orientalis, et collectio ANDREAE SCHOTTI ibid. p. 334 ſqq. memorata, huc etiam pertinent; item magna pars itinerariorum, ſectione prima huius capitis (ibid. p. 337—386) ut et ſecunda modo abſoluta, enumeratorum.

Bayer. Ad cognitionem hiſtoriae Indiae orientalis ſive fatorum, quae gentes illius per Graecorum colonias poſt Alexandri M. mortem expertae ſunt, maxime facit opus THEOPHILI SIGEFRIDI BAYERI, alibi a nobis ob doctrinam, qua pollebat, haud vulgarem praedicati, ita inſcriptum: Hiſtoria regni Graecorum Bactriani, in qua ſimul Graecarum in India coloniarum vetus memoria explicatur. — Accedit CHRISTOPHORI THEODOSII WALTHERI, Miſſionarii regii Danici, Doctrina temporum Indica, cum Paralipomenis. *Petropoli* 1738. 4. — Auctor ſummo ſtudio ſingulorum Graecorum regum imperii Bactriani res geſtas ad certa tempora revocat, originem regni

regni fataque explicat, non pauca intexit de Indico regno, multaque de Graecorum in his regionibus coloniis adſpergit. In primis vero lectoribus perſuadere conatur, Indos a Graecis numerorum nomina et mathematicas diſciplinas accepiſſe, et vias, quibus Graecae artes cum Oriente communicatae fuerint, indagat. Qua in re multum tribui coniecturis, ipſe vir olim doctiſſimus non negavit. Huic operi ſummo iure iungi meretur:

DE GUIGNES *Recherches ſur quelques évènemens qui concernent l'hiſtoire des Rois Grecs de la Bactriane, et particuliérement la deſtruction de leur Royaume par les Scythes, l'établiſſement de ceux-ci le long de l'Indus, et les guerres qu'ils eurent avec les Parthes;* in *Mémoires de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXV. p. 17 ſqq. (1752). de Guignes.

✠ ✠ ✠

RENAUDOT edidit: *Anciennes relations des Indes et de la Chine* etc. à Paris 1718. 8. Quum vero earum maxima pars Sinam ſpectet, infra relationem de hoc libro exhibebimus. P. 167 ſqq. Renaudotus agit de more Indorum, ſe ipſos cremandi. Renaudot.

✠ ✠ ✠

JOÃO DE BARROS *Aſia; dos feitos que os Portugueſes fizeram no deſcobrimento e conquiſta dos mares e terras do Oriente, depois do anno de* 1412 *até o de* 1526. Decada prima. *em Lisboa* 1552. — Decada ſecunda *ibid.* 1553. Decada tertia *ibid.* 1563. fol. Tria haec volumina recuſa ſunt *ibid.* 1628. fol. Pulchra quidem editio, prior autem correctior. Decadis quartae maximam partem Ioannes de Barros ipſe elaboraverat, quum mors interveniret a. 1570 eumque anno aetatis LXX vivis eriperet. de Barros.

Multis

Lettres de Louis Cité aux Jeſuites ſur les Idolatries de la Chine. à Cologne 1700. 8.

Furtado. FRANC. FURTADO (Ieſuitae Luſitanici † 1653) informatio antiquiſſima de praxi millionariorum Sinenſium Soc. Ieſu circa ritus Sinenſes. *Pariſ.* 1700. 8.

Apologia pro decreto Alexandri VII et praxi Ieſuitarum circa cerimonias, quibus Sinae Confu-

cium

[illegible] et progenitores mortuos colunt. *Lovanii* [illegible]. 8.

Les Lettres d'un Docteur; ou Relation des Aſſemblées de la Faculté de Theologie de Paris, tenues en [illegible] *ſur les opinions des Jeſuites touchant la re*[illegible], *les cultes et la morale des Chinois, avec la* [illegible]*re de cette Faculté.* à Cologne 1701. 8.

Difeſa del giudizio formato della S. Sede Apoſtolical di 20 Nov. 1704 *intorno ai Riti et Ceremonie* [illegible]. Torino 1709. 4. — Decreti iſtius ſumma redit, quod reſponſa pontificalia ad quaeſita [illegible]uſſa rituum Sinenſium ab omnibus et ſingulis [illegible]onariis cuiuscunque Ordinis, etiam Ieſuitici, [illegible]rvari debeant, ſuſpenſa tamen interea eorun[illegible] reſponſorum publicatione.

Mémoires pour Rome ſur l'etat de la religion [illegible]*tienne dans la Chine.* 1709. 4. *Suite de ces Mé*[illegible]. 1710. 8.

[illegible]ſta cauſſae rituum ſeu ceremoniarum Sinen[illegible]. *Romae* (1710). 4.

Obſervationes circa expoſitionem rituum Si[illegible]ium factam S. Congregationi, primum Italice, [illegible]c Latine impreſſae. ſ. l. 1710. 8.

Riſpoſta dei Signori delle Miſſioni ſtranieri alla [illegible]*eſta ed alle riflеſſioni dei Padri Gieſuiti intorno* [illegible]*rificio Cineſe.* Roma 1710. 4.

Apologia delle Riſpoſte date del Procuratore del [illegible]*nale di Tournon, alli cinque Memoriali del Padre* [illegible]*uma intorno il ſacrificio Cineſe, contro le oſſer*[illegible]*ioni fatte ſopra di eſſe, da un Autore anonimo.* [illegible]. 4.

JOH. MAURITII *Afgoden-Dienſt der Jeſuiten* Mauritius. [illegible]*ina.* Amſterd. 1711. 8. Cum figg. aen. — [illegible]oc libro auctor, qui quondam fuerat Frater [illegible]is Dominicanorum poſtea vero religionem [illegible]rmatam amplexus eſt, graviter admodum in ſocie-

nis de propaganda fide de a. 16
brevis relatio eorum, quae ſpect
nem imperatoris *Kang-hi*, circa
et avorum cultum a. 1700 data
quini facta. Cui relationi ſubiu
ex relationibus Pariſienſibus, qua
ne et itinere Cardinalis *de Tour*
a praefectis academiae miſſionari
riliis eſt, fuerunt editae. Sequunt
adverſiones ipſius Mauritii, quibu
acriter perſtringit.

Cf. Acta Erud. a. 1711. p. 281 ſqq.

Minorelli. *Examen des fauſſetez ſur les c*
cées par le P. Jovenci, traduit d'u
poſé par le P. MINORELLI. à Col
Minorelli ſocius ordinis Dominic

Relation de la nouvelle perſecu
juſqu' à la mort du Cardinal de To

Eſſame e difeſa del Decreto dal C
non ſopra le coſe dell' Imperio de
1728. 4.

§. 8. Adiecta quoque eſt praefationis loco mini ſecundo verſionis Theotiſcae operis Du- ani ſupra recenſiti (Roſt. 1748. 4). — Con- ſuccinctam et exactam relationem de rixis in- ſuitas aliosque miſſionarios in Sina obortis, que a nobis commemoratis, hauſtam quidem d maximam partem e ſcriptis a nobis in hac one allatis. Contra hunc libellum poſt Mos- ii mortem prodiit ſequens:

LORIANI BAHR, *des Collegii S. I. in dem* Bahr. *rthum China Rectors, allerneueſte chineſiſche würdigkeiten und zugleich gründliche Widerle- vieler ungleicher Bericht und Irrungen, welche Joh. Lorenz Mosheim, Canzler bey der hohen zu Göttingen, in ſeine Erzählung der aller- en chineſiſchen Kirchengeſchichten hat einflieſſen ; aus Pekin geſchrieben.* Augsburg und Inſprug 8. — Leviora quaedam auctor recte qui- in narratione Moshemiana notavit atque cor- it: at maiora momenta Ieſuitis contraria, tan- abeſt, ut rationibus firmis confutaverit, ut us eadem maiorem vim ac fidem inde lucren- . Placet in primis enumeratio omnium miſſio- Ieſuiticarum eo tempore inter gentes Chri- iſmo contrarias inſtitutarum.

Goetting. Anzeig. a. 1758. p. 752—760.

DE GUIGNES *Recherches ſur les Chrétiens établis* de Guignes *Chine dans le VII ſiècle* (lues le 7 Dec. 1753); *Mémoires de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXX. p. — 819. *Theotiſce* ab I. C. *Dachnert*, in ope- Deguigneſiani ſupra recenſiti verſione, tomo dem tertio, p. 35—57. — Maxime in eo eſt or, ut demonſtret, Bonzios de Fo, quorum nalibus Sinicis ſaepe fit mentio, eſſe Chriſtia- , et quidem ſectae Neſtorianae, atque moni- mentum

lenitici non pro aris suis mec. Opera nov[a]
volumi. Vol. I. In Venezia 1761. 8. —
fationem, qua controverſia ſuper caeri
narum religioſis deque Cardinalis Turno
exponitur, tribus partibus offeruntur epiſ
dem Cardinalis de perſecutionibus, quib
eum affecerunt; porro itinerarium ab inſ
riſſa verſus urbem Pondicheri, a Turne
poſitum; relatio de veneficio, quo Ieſ
dem e medio ſuſtulerunt, deque eius mor
et quae ſunt reliqua.

CAPVT XVIII.

IPTORES DE REBUS IAPONICIS SIVE IAPANICIS.

itros, capite ſuperiore laudatos ſcriptores de Sina huc quoque eſſe trahendos, facile patet; ullos etiam e capite decimo quarto de ſcri- bus Indiae orientalis.

ponenſibus aeque ac Sinenſibus eſſe hiſtori- meſticos, plures ſunt teſtati v. c. *Kaempferus*, ta ex annalibus Iaponicis in opus immor- de quo infra, transtulit, et *Deguigneſius*, qui e, capite ſuperiore recenſito, annalium unico, quod in bibliotheca regia Pariſina tur, T. I. p. 145 ſqq. uſus eſt. Notemus lios ſcriptores!

er Europaeos primus ſcriptor de Iaponia re- eſt MARCUS PAULUS, *Venetus*, de quo Vol. I. P. II. p. 9 ſqq. Marco Polo.

tas que los Padres y Hermanos de la Com- de Jeſus, que andan en los Reynos de Japon ieron a los de la miſma Compañia desde el año haſta el 1571; *en las quales ſe da noticia de las coſtumbres y idolatrias de aquella Gentilidad: enta el principio, y ſucceſſo, y bondad de los ianos de aquellas partes.* En Alcala 1575. 4. oc libro rariſſimo nil praeter titulum compe- licuit. Cartas etc.

MANUELIS ACOSTAE de Iaponicis rebus olarum libri IV; in *eiusd.* rerum a Societate in Oriente geſtarum ad a. 1568 commentario. quo videatur Bibl. noſtrae cap. XIV. ſect. VI. Acoſta.

Lettere del Giapone de gli anni 1574, 75, 76 *te dalli Padri della compagnia di Gieſu, et di ghese, tradotte nel volgare Italiano.* Roma 8. Lettere del Giapone.

Lettere ſcritte del Giapone, dell' anno 1577. Roma 1579. 8.

Lettere delle coſe del Giapone, dell' anno [illegible] *inſino al* 1581. Roma 1584. 8.

Lettera annale del Giapone del 1582. Roma 1585. 8.

Auviſi del Giapone de gli anni 1582, 83 *et* [illegible] *Con altri della Cina dell' 83 et 84; cavati dalle lettere della Compagnia di Gieſu.* Roma 1586. 8.

Lettere del Giapone, et della Cina, de gli anni 1589 *et* 1590; *ſcritte al R. P. Generale della Comp. di Gieſu.* Roma 1591. 8. Venetia 1592. 8.

Omnes iſtae Ieſuitarum relationes de Iaponia atque de illorum conatibus ad Chriſtianiſmum promovendum eiusdem moduli ac pretii ſunt, quam eorundem relationes de Sina, capite ſuperiore commemoratae. Auctores nobis ſunt ignoti: Froës. omnes ſcripſit *Ludovicus Froës*, Ieſuita Luſitanus, ab a. 1565 in Iaponia vivens usque ad a. 1597, quo Nangaſacki mortuus eſt. Certe *Philippus Alegambe* in Bibliotheca ſcriptorum Societatis Ieſu p. 311 commemorat Epiſtolas XXVI huius *Froëſii* de rebus Iaponicis ab anno Chriſti 1563 usque ad a. 1592 ſcriptas, quas exſtare affirmat apud varios auctores, qui epiſtolas Indicas in unum corpus collegerunt. Eiusdem *Froëſii* litteras annuas Iaponenſes anni 1591 et 1592, editas *Colon. Agrippin.* 1596. 8. laudatas invenimus. Idem Alegambius excitat ſcripta *Froëſii* huc pertinentia ſequentia:

Hiſtorica relatio de legatione regis Cinenſium ad Taicoſamam regem Iaponum anno 1596 inſtituta, et de horrificis prodigiis legationem proxime antegreſſis. . . .

Hiſtorica relatio de rebus per Iaponiam anno 1596 a Patribus Societatis Ieſu, durante perſecutione, geſtis. . . .

Hiſto-

Hiſtorica relatio de glorioſa morte XXVI Cruorum pro Chriſto in Iaponia die V Februarii 597 ſub Taicoſama rege. *Mogunt.* 1599. 8. Narratio mortis Quabacondoni ſeu Taicoſama ratoris Iaponiae....

GUIDO GUALTIERI *Relationi della venuta de* Gualtieri. *Ambaſciatori Giapponeſi à Roma.* Roma 1585. Ineſt non ſolum relatio rerum geſtarum a is, a quibusdam principibus Iaponicis Romam apam Gregorium XIII miſſis, ſed etiam deio Iaponiae.

IOH. BAPT. PERUSCHI (*Ieſuitae Romani* † *Ro*- Peruſchus 1598) hiſtorica relatio de regis Mogor, a f. Peruſcus. o Tamerlane oriundi, vita, moribus et ſumn Chriſtianam religionem propenſione; deinde mnium Iaponiae regnorum proxima ad um Chriſti converſione, collecta ex Epiſto- 1592, 1594 et 1595, inde datis. *Mogunt.* 8. Archetypum Italum *Romae* 1597 in 8 ſſe dicitur.

IOAN. HAYI (*Ieſuitae Scoti, Academiae Muſſipon-* Hay. *Cancellarii* † 1607) de rebus Iaponicis, Indicis eruanis Epiſtolae recentiores, in librum unum ervatae. *Antverp.* 1605. 8. *Colon* 1605. 8.

FRANCISCI PASII (*Ieſuitae Bononienſis, Viſi-* Paſius. *is miſſionum Sinicarum et Iaponicarum* † *Macai* 9) Relatio hiſtorica rerum in Iaponiae regno rum ann. 1603, 1604, 1605, et parte 1606, is annuis litteris comprehenſa, edita primum nae a. 1608 Italice, nunc vero Latine reddita. ustiae 1610. 8.

Relatione della ſolenne entrata, fatta in Roma Relatione *Fil. Franc. Faxicura, Ambaſciadori per Idate* etc. *Sunnne, Ré di Voxu nel Giapone, alla Santità di Papa Paolo V.* Roma 1615. 4. *Hiſpanica* huius libri verſio eſt, quae in Catalogo bibl.

Ludewigianae P. I. p. 335 laudatur, ho
Actos de la Audientia publica, dada de Paulo tifice maximo, a los Embajadores del Rey I pon. Mexico 1626. 8. *Latine* ibid. eod. 8

Amati. *Iſtoria del Regno di Voxu del Giappone, tichità, nobiltà, e valore del ſuo Re Idate M e dell' Ambaſciata inviata alla Santità Papa e delli ſuoi ſucceſſi; con altre varie coſe di ed e guſto ſpirituale de' lettori, per il Dottor so* AMATI, *Romano, Interprete dell' Ambaſ* Roma 1615. 4. *Theotiſce*, Rothweil 161 Charlevoix, aliique Ieſuitae haud optime libro ſentiunt: alieni contra a partium ſt ctoris, iureconſulti Romani, candorem que ſtudium laudibus proſequuntur.

Trigault. NICOL. TRIGAUTII (ſupra memor Chriſtianae apud Iaponios Commentarius teris annuis Societatis Ieſu, annorum 160 1611, 1612 collectus. *Aug. Vind.* 1615.

Eiusd. de Chriſtianis apud Iaponios tr ſive de graviſſima ibidem, contra Chri perſecutione exorta, anno 1612 usque ad Libri V, in annos totidem, ex annuis S Ieſu litteris, continua hiſtoriae ſerie diſtribu MATTHAEI RADERI auctario et iconibus rianis. *Monachii* 1623. 4. *Francogallice* . .

Pineyro. LUYS PINEYRO, *de la Compañia a* († Olyſſipone 1620) *Relacion del ſucceſſo, nueſtra ſanta fé, en los reinos de Japon, anno* 1612 *haſta el de* 1615. Madrit 1617. fo datur propter copioſiorem rerum expoſitio

Morejon. PEDRO MOREJON, *de la Compañia de Hiſtoria y relacion del Japon, desde el anno haſta el de* 1615. Lisboa 1614. 4. ibid. 161

Eiusdem *Hiſtoria y relacion de los ſucce los reynos de Japon y China, desde l'anno*

el de 1619. Lisboa 1621. 4. Auctor missio-
celeberrimis eiusque scripta praestantioribus
suitis adnumerantur. Idem Italice scripsit Re-
nem martyrii, quod in Iaponia per ignem
1626 consecuti sunt IX de Societate Iesu et
alii; adiunctam annuis Iesuitarum Litteris anni
Romae 1632.

A brief relation of the persecution lately made Brief Rela-
the Catholick Christians in the Kingdom of tion.
. Lond. 1616. 4. Relatio hausta e litteris
tarum annuis superioribus.

Relatione delle cosa piu notabili scritte negli anni Relatione
, 1620 *et* 1621 *della Cina al Molto Rov. P.* etc.
Vitelleschi. In Milano 1625. 8.

DIEGO DE SAN FRANCISCO (*Predicador y* de S. Fran-
missario de Japon) *Relacion verdadera y breve de* cisco.
secucion y martyrios, que padecieron por la con-
do nuestra santa fè catholica en Japon quince
os de la Provincia de S. Gregorio de los descal-
Orden de N. Seraphino P. S. Francisco de la
Philipinas. Adonde tambiense trata de otros
martyres Religiosos de otras Religiones, y se-
res de differentes estados. Todos los quales pade-
en Japon, desde el de anno 1613 *hasta el de*
4. En Manila 1625. 8. Liber, ob locum im-
ionis, summae raritatis. Adiecta est narratio
legatione Iaponica saepe memorata ad Papam
um V.

Relazione delle persecuzioni mosse contro la Fede Palmiero.
Cristo nel Giappone dal 1628 — 1630. Milano
5. 8. *Francogallice* Paris. 1635. 8. *Latine* a *Ioan.*
Nando. Antverp. 1635. 8. Auctor est ANDREAS
MIERO, Iesuita.

FRANÇOIS SOLIER (Iesuitae † 1628) *Histoire* Solier.
siastique des isles et royaumes du Japon, depuis sa
ation jusqu' en 1624. à Paris 1627. II Voll. in 4.

Orfanel et Collado. — *Historia eclesiastica de los sucessos de la Christiandad de Japon, desde el año de 1602, que entro en el la Orden de Predicadores, hasta el de 1620. Por el Padre* JACINTO ORFANEL, *Missionario de la Orden de Predic. y Padre* DIEGO COLLADO *de la misma Orden.* Madrid 1633. fol. — Auctores, socios ordinis Dominicani, multis in rebus Iesuitis contra dicere, quilibet, historiae ecclesiasticae haud ignarus, nobis vel non monentibus intelliget.

Lucas et Caron. *Rechte Beschryvinge van het Koningryk van Japon, door* PHILIPS LUCAS *ende* FRANÇOIS CARON, *bestaende in verscheyde Vragen, beantwoort den Jare* 1636. In 's Gravenhage. 4. Cum figg. Idem liber, ut videtur, hac epigraphe: FRANÇOIS CARON *Beschryvinge van Japan.* Amst. 1652. 4. 's Gravenhage 1661. 4. — *Angl. a Casp. Munting.* Lond. 1663. 8. *Theotisce cum Iodoci Schultzii descriptione regni Siamici et J. J. Merklini descriptione itineris in Indiam orientalem, novemque aliis libellis, res Iaponicas et Siamicas exponentibus, a Christoph. Arnold,* Norimb. 1663. cum figg. aen. ibid. 1672. 8. cum figg. aen. Posterior editio habet etiam *Henrici Hamelii* itinerarium de Corea. *Francogallice* cum annotationibus *Henrii Hagenaar* .... et in *Recueil de Voyages de la Comp. des Indes orient.* T. V. p. 381 sqq. Cum auctoris notae istae Hagenaari displicerent, tradidit *Melchisedeco Thevenot* itinerarium novis curis elaboratum, quod ille demum edidit T. I. P. II. collectionis itinerariorum saepius a nobis commemoratae (1664). Haec editio ab auctore castigata exstat etiam in *Recueil de Voyages au Nord* T. IV. p. 32-242. — Merito magni aestimata erat haec Iaponiae descriptio, antequam opus Kaempferianum in lucem publicam prodiret. Auctor enim puer iam delatus

in

aponiam, cum eſſet caſteriophylax navi et ſae-
praeter culpam a navarcho verberibus mul-
etur, abdidit ſe, ubi iam cum navi erat abeun-
. Deinde informatus procuratorum Belgico-
inibi degentium beneficio in legendo, ſcri-
o et ſupputando, haec feliciter apprehendit,
uper Iaponicam linguam perdidicit ita, ut
nte illa uteretur, quod ante eum nullus Belga
erat. Hanc ob cauſam ad maiora mercimonii
era paullatim adhibitus, tandem factus eſt Di-
r mercaturae in Iaponia nomine Belgarum,
ocius Senatus Indici, qui nomine Belgarum
eratorum in India inſtitutus eſt. Altiora poſtea
rans, Belgis Bataviae id recuſantibus, indigna-
accenſus, Luſitanis operam ſuam dicavit: *)
pam inde petens, mari merſus eſt prope
iponem a. 1674. De *Philippo Luca*, cuius
libri editio mentio facit, notitiae nihil ad
cusque pervenit.

lation de la decouverte de la terre de Jeſſo, ou Relation
, *au Nord du Japon, par le vaiſſeau Caſtricom* etc.
643; in *Recueil de Voyages au Nord* T. IV.
— 17.

ANTONIO FRANCISCO CARDIM (Ieſuitae Cardim.
tani, miſſionarii Indici † 1609) *Relatione della
ncia del Giapone.* Roma 1643. 8. *Francogallice*
epigraphe: A. F. Cardim *et* Franc. Baretto *Re-
des miſſions de Jeſuites au Japon, au Malabar,
ile de Ceylan et en d'autres lieux, compris ſous
n des provinces du Japon et du Malabar de la
agnie de Jeſus. Traduite du Portugais et de
lien par* Jacquin Machault. *à Paris* 1646. 8.

BERNHARDI VARENII (*Medici Amſtelodamenſis,* Varenius.
et Geographiam univerſalem elaboravit † . . . .)

*) Non popularibus ſuis, Francogallis, ut ſupra (Vol. II, P. I. p. 357 ſq.) ab aliis inducti tradidimus.

de Amicitia. Amstelodami 1673. 8. [illegible]
descriptionem numerum rerum publ
canarum claudere, Varenius testis
rebus publicis huic libello praemissa.
in primis ac Lusitani, idiomatibus f
ponia retulerunt, diligenter Vareni
ordinem et certa capita distribuit, o
vit, atque Latine publici iuris fecit.

Cf. *Hamburg. Bibl. hist.* Cent. IX. p. 2

Marini. Supra cap. XV de scriptoribus re
nensium laudatus IOH. PHIL. MARI
e relatione della missione del Giappone

Montanus. ARNOLD MONTANUS (eccle
*Denkwürdige Gesandschafften der Ost-I
schaft in den vereinigten Niederlanden
liche Kayser von Japan etc. aus den
Reise-Verzeichnissen gemeldter Gesa*
Amsterd. 1669. fol. Cum figg. aen.
hac epigraphe: *Ambassades memoral
pagnie* etc. à Amsterd. 1680. fol. à
II Voll. in 12. à Paris 1687. II Voll.

Observations etc. *Some observations concerning Japa*

Extrait d'un Journal authentique du Voyage, Extrait etc. *es Anglois firent au Japon en* 1673; in Appen- ad verſionem Francogallicam operis Kaem- ni mox laudandi p. 73 ſqq.

Hiſtoire de l'Egliſe du Japon, par Mr. l'Abbé Craſſet. à Paris 1689. II Voll. in 4. Editio altera, fixo, vero auctoris nomine, CRASSET, Ieſui- *Pariſ.* 1715. II Voll. in 4. *Italice.... Luſita- a Maria Antonia de S. Bonaventura e Menezes.* ſlip. 1750. 12. — Solierii opus ſupra exci- m auctor non ſolum meliore ſtilo expreſſit, m etiam in rectiorem ordinem redegit, nar- nem exactiorem reddidit, continuavitque inde a. 1624, quo idem finitur. Praemittitur de- tio regni Iaponici geographica, phyſica et tica, in qua tamen nihil occurrere videtur, d non dictum fuerit prius. Hiſtoria ipſa, libris diviſa, quorum decem priora primum, poſte- alterum volumen occupant, incipit a prima nicarum inſularum cognitione, quae Luſita- circa a. 1541 contigiſſe fertur, ubi in primis ncifci Xaverii miracula ſic dicta nimia ac mo- cura enumerantur ſummisque laudibus extol- tur. Latiſſime exponitur Chriſtianiſmi propa- io in terris iſtis, libro III, IV, V et VI. Septimo ertur de legatione trium regum Iaponicorum ſus Romam; octavo de ulteriore Chriſtianiſmi ogreſſu; nono oſtenditur mutatio rerum Chri- narum, offenſo imperatore a Luſitanis merca- ibus et navarchis, minus ei quam cupiebat ob- uentibus, eorumque malis moribus, ex quibus caſionem nacti ſunt aemuli Chriſtianorum, ut de hypocriſi, et Ieſuitas ſpeciatim de inſidiis ſubiiciendam peregrino imperio Iaponiam ca- nniarentur. De belli, quod Iaponiae imperator ntra Sinarum regnum, auſu temerario et ut

Chriſtianos ſubditos in illo conſumeret, molitus eſt, laeto principio, ſed funeſto fine, et de inanua opera, quam duces militiae Chriſtiani fecerunt, memoratu digna hoc libro recenſentur. Libro X narratur aucta calamitas Chriſtianorum ex delatione Hiſpani cuiusdam ex inſulis Philippinis, qui Luſitanos, a quibus in cauſſa iniuſta pro vano non erat tractatus, apud imperatorem criminatus eſt: nec parum nocuiſſe ab auctore noſtro Ieſuita dicitur imprudentia monachorum, qui ex ordine Dominicano et Franciſcano in Iaponiam venerant, ſed apertius ſacra procurabant, quam ut latere id hoſtes religionis poſſet. Mira ſunt, quae hoc libro leguntur de luxu et opibus imperatoris, eiusdemque tyrannide et ſaevitia. — Inde a libro XI ſecundi voluminis ſecundi primo incipit narratio de persecutione Chriſtianorum immaniſſima, cuius praeludium modo paullo ante memorata fuerat, coepta nimirum a. 1597. Continuantur libro XII, XIII et XIV relationes de crudeliſſimis Chriſtianorum vexationibus. L. XV martyrum plurium, in primis Caroli Spinolae, fata ac ſupplicia ample exponuntur. Libris XVI, XVII, XVIII, XIX multa ab incredibilia ſaevitiae exempla conduntur. In quibus omnibus tradendis auctor minutiarum ſtudiis laborat ad nauſeam usque. Refert v. c. ſingulares preces ad b. Mariam virginem ab iis, qui ſupplicium paſſi ſunt, compoſitas integras. Omnium quae L. XX narrantur, maxime paradoxa et creditu difficillima ſunt, quae de Marcello Franciſco Maſtrilli, Ieſuita Neopolitano ac miſſionario Iaponico, auctor mentitur. Omnis hiſtoria ad a. 1638 perducta obſervationibus nonnullis in eandem abſolvitur.

Cf. Acta Erud. a. 1690. p. 173 — 182. p. 239 — 249. BAUMGARTENII *Nachrichten von merkwürd. Büchern* T. III. p. 126 — 147.

EXCEL-

NGELBERT KAEMPFERS, *weyl. D. M. und gräfl. Lippiſchen Leibmedicus, Geſchichte und Beſchreibung von Japan; aus den Originalhandſchriften des Verfaſſers herausgegeben von* Chriſtian Wilhelm Kaempfer. *Erſter Band.* Lemgo 1777. *Zweiter und letzter Band.* ibid. 1779. 4. Cum tabulis geographicis aliisque figg. aen. (XLV). *Anglice* ex archetypo Theotiſco, tum temporis nondum typis vulgato, ſuadente archetypi poſſeſſore, Hans Sloane, a *Ioh. Caſp. Scheuchzero*, Helveto, collega Societatis regiae Londinenſis collegiique medici primarii eiusdem urbis, *Londini* 1727. II Voll. in fol. Cum figg. aen. *Francogallice* ex hac Anglica verſione a Pr. *Maizeaux*, *) *Hag. Comit.* 1729. T. I et II cum tab. ind. I Vol. Cum figg. aen. ibid. 1731. III Voll. in fol. (Cuius editionis mentionem invenimus ſolam apud Lengletum; nec indicatur, figuraene ſint omnes). *Belgice*, Amſterd. 1733. fol. *Theotiſce* e verſione Anglica, et quidem negligentiſſime ac mendoſe, omiſſisque figuris aeneis, ſimul cum versione operis Duhaldiani de Sina, cuius voluminis quarti partem alteram eamque maiorem conſtituit, Lemgoch. 1749. 4. Opus etiam varie in compendium redactum, nimirum in collectionis itinerar. Walthauſianae T. XI; in collectione itinerar. Berolin. VII; in *Bibliothek der neueſten Reiſebeſchreibungen* (*Frankf. und Leipz.* ſ. potius Norimb.) T. V. (1782); et a *Frid. Caſim. Medicus*, Francof. et Lipſ. 1783. 8. — Operis huius, omnia praecedentia longiſſime ſuperantis auctor, Lemgovio-Lippiacus, natus a 1651, litteris bonis, hiſtoriae praeciarae naturali artique medicae, linguisque variis inde

*) Ita *Dohmius* in Praef. p. XXXVIII: *Charlevoix* contra in operis mox recenſendi T. II. p. 699 interpretem Francogallicum nominat NAUDE, *François refugié à Londres.*

cumque in regno Isfahanenſi per h
morarentur Legati, privatis ille exc
cavit, donec tandem a dimiſſa lega
diret. Tum, ſuo relictus arbitrio,
cogitabat, vocabatur in Georgiam ar
que conditionibus laceſſabatur: ſed
nuo amor viſendi regiones quam lon
Quare locum dedit invitationi archi
rum, qui claſſe ſua Ormuſienſem in
atque chirurgus in iſta eſt conſtitutus
in Arabiam, indeque in terras m
regna Malabarica, inſulam Selan,
ſinus Gangetici conceſſit. Deinde
tora Sumatrae in lavam deportatu
metropoli in ulteriores provincias
progreſſus eſt. Bataviae inde a Sept
usque ad Maium anni ſequentis ve
ſtituit in regnum Siamicum, quo ipſ
hic mentio fit, incipit. Menſe Iulio
nenſe regnum petiit, ibique commor
ad d. 31 m. Oct. a. 1692. Sub init
Belgium pervenit, indeque patriam

tio eius regni Iaponici omnes superiores
lat. Quinque libris iisdemque capitibus plu-
ea est divisa. Primus inchoat descriptione
, Batavia versus Siam suscepti, brevemque
iamici descriptionem exhibet. In ipso isto
aditur descriptio Iapaniae geographica, vel
toribus Iapanicis vel ex propriis disquisitio-
petita, eaque copiosa et accurata. Sequun-
iecturae de Iaponensium origine eorumque
dine vel dissimilitudine cum Sinensibus.
libri primi imponit descriptio Iapaniae phy-
aud minus diligenter ac copiose elaborata.
secundus tradit historiam regni civilem
que politicum; tertius, statum religiosum,
in primis Iaponensium religiosas ac philoso-
quarum doctrinas varias tanta diligentia et
ite expositi atque expedivit, ut ipse Kaem-
verſarius, Iesuita *Charlevoix*, hoc in nego-
dem illi denegare haud potuerit. Liber
sistit primo loco descriptionem uberrimam
apaniae primae, Nangasacki dictae. Postea
ferus tradit historiam commerciorum Lusi-
m, Belgarum ac Sinensium cum urbe ista;
elationem de propagatione et exstirpatione
nismi, de Lusitanorum eiectione e regno
iber quintus comprehendit observationes
a Kaempfero in duobus itineribus ab urbe
acki usque ad urbem Iedo institutas. Licet
popularis noster permulta hoc in opere
erit, quae ante eum nemo: tamen plura
abis; sic statum domesticum, militarem ac
um, observationibus quidem sparsim im-
leviter tantum auctor pertractavit. Forte
is plura addidisset, si ipse opus typis man-
tuisset. Fateamur tamen necesse est, Kaem-
istud ad finem illum paravisse. Nec vero

ipsi,

ipſi, nec popularibus Germanis tam felicibus eſſe contigit, ut archetypum Theotiſcum primo loco in publicum prodiret, ſed ut id ipſum verſionibus antea notum fieret. Quinquaginta demum annis poſt Anglicae verſionis editionem *Dohmii* eiusque redemtoris cura aſſidua factum, ut archetypum Theotiſcum operis egregii nobis exhibitum fuerit. *Dohmius* quidem civitati litterariae obtulit aliquot plagulas hoc inſignitas titulo: *Nachricht, die Urſchrift der Kaempferiſchen Beſchreibung von Japan betreffend.* Lemgo 1774. 8 mai. Quibus ſignificavit, ſe archetypum Kaempferianum ſecundum bina apographa, quorum alterum forte a Kaempfero ipſo ſcriptum, eſſe editurum, ſi numerus eruditorum, qui operi nomina dare vellent, ſufficiens conſcriptus foret. Fuit feliciter. Tum *Dohmius Büſchingii* auſpiciis et conſiliis, qui et antea ephemeridibus ſuis eruditis hominibus doctis ſaliyam moverat, opus aggreſſus, inter ſe contulit bina iſta apographa verſionemque Scheuchzeri Anglicam; meliora veriorave, quae ſibi viſa ſunt, ſelegit; ſtilum Kaempferi obſoletum comtiorem reddidit, ita tamen, ut ſenſui verborum rebusque narratis nullo modo officeret. Nec in hoc negotio arduo ſubſtitit diligentia viri incomparabilis: verum ſimul eruditione multiplici atque ingenii ſagacitate ita uſus eſt, ut annotationes haud paucas contexturi ſubiiceret, atque in calce tomi poſterioris adderet diſſertationes ex Kaempferi Amoenitatibus exoticis, quae res tangunt Iapanicas. Quid? quod praeter haec multo plura praeſtitiſſet, niſi populorum ardor his in rebus languiſſet. Edere nimirum voluit, praefatione teſte, alia Kaempferiana v. c. Perſiae deſcriptionem ampliſſimam, itinerarium eiusdem integrum, Londini in Muſeo Britannico latentia, cuius praefecti, ſenſu nobiliſſimo

con-

i, hos theſauros Dohmio tradidiſſent, ni
iorum torpor tunc temporis obſtitiſſet.
odie felicior talis editor eſſet, vel ſit An-
:l Germanus. Promtuarium inſuper lapa-
ıarare voluit Dohmius, quo omnia, quae
o Iapanenſi unquam Europaeis innotuere,
: ac condere voluit. Verum et haec ſpes
: videtur.

UMGARTENII *Nachr. von merkwürd. Büchern* X. p. 223—242.
CHINGII *wöchentl. Nachr.* a. 1773. p. 239. ſqq. a. 1775. p. 113 ſqq. a. 1776. p. 275 ſq. a. ·. p. 209 ſq. a. 1779. p. 54 ſq. 286 ſq.
ig. *Anzeig.* a. 1777. p. 689—695. a. 1779. p.)5—799.
ſene Bibl. der neueſten teutſchen Litter. (Lemgov.) III. p. 500—519.
. *teut. Bibl.* T. XXXIV. p. 5—13. T. XL. p. ·34.
ıELII) *Fortgeſ. Betracht. über die neueſten hiſt.* . T. IV. p. 300—306.

Miſſione Legatorum Iaponenſium ad Ro- De miſſione
curiam rebusque in Europa ac toto in iti- etc.
imadverſis dialogus, ex ephemeride ipſo-
atorum collectus, ac in Latinam linguam
ıs ab *Eduardo de Sande*, Societ. Ieſu Sacer-
'n *Macaenſi portu* Sinici regni in domo So-
leſu. 1690. 4. Liber Iaponice ac Latine
preſſus ſummaeque raritatis, Iaponenſibus
a Ieſuitis, qui hac via iisdem opiniones
:as de ſtatu regnorum Europaeorum, au-
imis Romanae, excitare ſtuduerunt. De
igitur nihil inde diſcas.
re de M. DELISLE à *Mr. Caſſini, ſur la* Deliſle.
que l'on peut faire, ſi le Japon eſt une iſle;
al des Savans du 31 *Mai* 1700. p. 403-414;
ueil de Voyages au Nord T. IV. p. 17—31.

(PETRI

veau monde. Enrichie de Figures en
Rouen 1715. III Voll. in 12 mai.
auctior ſeu novum opus, cuius eti
ſcriptimus, *à Paris* 1736. II Voll. i
IX Voll. in 12 mai. *ibid.* auctior et en
VI Voll. in 12 mai. — Auctor
primam oblivioni tradidit. En ſec
miam! Poſt faſtos, titulo memora
haud neceſſarios, liber ſic dictus
quitur, in quo capitibus XVI agitu
diviſione regni, de eius ſtatu natur
villis, hortis, de viis rationeque pe
populi origine et antiquitate, ing
eruditionis artiumque cultura, de
Dairi ſ. imperatore haereditario, de
ſ. duce bellico ſupremo, de priſca I
ligione, quam Sinto vocant, de
variis, de lingua ſacra, de ritibu
nuptialibus, de ſacerdotibus ſeu Bo
eſt (p. 139—176) ſeries chronolo
rum haereditariorum a monarchia la
usque ad finem ſaeculi ſuperioris.

BERG (D. Med. Upſal. Thunberg.
itinere Iapanico a.
habitants of the
manners and
Preſident
XX.
n.

.c
.Non
multo
.odie eos-
.itum annos
.menti eſt:
.rter, ſom i äldre
, och varit gångbare
ckh. 1779. 8. *Theotiſce*
. 1784. 8 mai. Cum figg.
cum doctiſſimum de mone-
et accurate Europaeos in-

a. 1780. p. 753 ſqq.

iques et philoſophiques ſur le Ja- Obſerv. crit.
nois. à Amſterd. 1780. 8. *Theo-*
2. 8. — Fruſtra nova in hac
onia eiusque incolis quaeſiveris,
nod *criticen* aut *philoſophiam* re-
paradoxa auctoris de deſpotiſmo
Laudatorem inſuper Iaponen-
t.

prorſus praetermittenda ſunt, Krünitz.
G. KRUENITZ, ex optimis rela-
nia congeſſit in *Oekonom. Ency-*
780. 8.) T. XXIX. p. 88—165.

terre Suysse ou la République de Hollande. et à Paris 1778. 8. De archetypo Bata ubive typis expreſſum fuerit, nec ne, nobis conſtat. Laudatam etiam reperi nem *Pariſ.* 1781. 12. Editionem a. 177 ſuram vocant *Gott. Anzig.* a. 1779. p.

Reichel. *Krathaja Iſtorija o Japonſkom' Gh iz' doſtowjern' iich' iswjeſtij ſobrannaja* (I hiſtoria imperii Iaponici, e relationibus compoſita). *Moſkwa* 1773. 8. — Auc GODOFR. REICHEL, Profeſſor hiſtor vienſis, natione Germanus († 1778) K aliosque ſcriptores inter ſe contulit, e certa ſcituque digna ſibi viſa ſunt, ſine ribus tradidit. Ruſſi aliam imperii Iap ſcriptionem idiomate ſuo expreſſam atq Petropoli ſecunda vice editam habent: h tamen ea aeſtimanda dicitur.

Georgi. Recentiora nonnulla anteaque Europ de Iaponia tradit IOH. GOTTLIEB GEO cius acad. ſcientiar. Petropol. in *Bemerku einer Reiſe im Ruſſiſchen Reiche im J.* 1772.

CAROLI PETRI THUNBERG (D. Med. Upſal. Thunberg.
dici navalis Batavorum in itinere Iapanico a.
[illegible] 5) *Curious Account of the Inhabitants of the Empire of Japan, their Government, manners and Customs; in a Letter to Joſeph Banks, Eſq. Preſident of the Royal Society;* in *Philoſ. Transact.* T. LXX. 1780). *Theotiſce* in *Goth. gel. Zeit.* a. 1780. p. [illegible] — 780; et in *Götting. Taſchenbuch zum Nutzen Vergnügen* a. 1782. p. 1 — 15; et in verſione Dotiſca ſcripti Francogallici mox indicandi. Non [illegible], ſed devorata eſt epiſtola, licet haud multo [illegible] inde diſcamus, quam Iaponenſes hodie eos- [illegible] eſſe, quos Kaempferus ante centum annos [illegible]at ac deſcripſerat. Maioris momenti eſt: [illegible]usdem *Tal om de Mynt-Sorter, ſom i äldre [illegible]dnare tider blifvit ſlagne och varit gångbare [illegible]iſaredömer Japan.* Stockh. 1779. 8. *Theotiſce Theod. Pyl*, Stendal 1784. 8 mai. Cum figg. Nemo ante Suecum doctiſſimum de mone- [illegible]onicis tam clare et accurate Europaeos in-

[illegible] *Goetting. Anzeig.* a. 1780. p. 753 ſqq.

[illegible] *Obſervations critiques et philoſophiques ſur le Ja-* Obſerv. crit.
[illegible] *ſur les Japonnois.* à Amſterd. 1780. 8. *Theo-* Vratislav. 1782. 8. — Fruſtra nova in hac [illegible]iuncula de Iaponia eiusque incolis quaeſiveris, [illegible]quidquam, quod *criticen* aut *philoſophiam* re- [illegible], niſi forte paradoxa auctoris de deſpotiſmo [illegible]eferre velis. Laudatorem inſuper Iaponen- [illegible] ineptum agit.

[illegible]lentio haud prorſus praetermittenda ſunt, Krünitz.
IOH. GEORG. KRUBNITZ, ex optimis rela- [illegible]us de Iaponia congeſſit in *Oekonom. Ency-* [illegible] (Berol. 1780. 8.) T. XXIX. p. 88 — 165.

8.) p. 41-70. — Auctor ipse nil aliud quam concluſiones, quas quidem ex ſe ne et collatione recentiſſimorum auctor qui de rebus Sinicis, et item aliorum, taricis rebus ſcripſere, coniectura elic Nihil tamen attulit, niſi quod idoneis confirmare potuerit. Oſtendere potiſſin I. priſcos illos Tataros in confiniis Sin tos, nullo nec ſanguinis nec linguae pulatos fuiſſe cum iis, qui hodie audi ſed eſſe plane alienigenas; II. gentes Aſiam Europamque ſparſas, quas co cabulo Tataros appellare ſolemus, Turcicae; III. Mogolos priſcos ante Chanum pariter fuiſſe originis Turcic tione iunctos cum iis, quos hodie Ta mus, eademque lingua uſos fuiſſe; IV. qui ſunt hodie, ex colluvione variaru praecipue Kalmakorum, natos, eorum adoptaſſe.

Harenberg. IOH. CHRISTOPH. HARENBERG de Tatarorum origine; in *I. Oelrichſii* litteratae opuſculis (*Brem.* 1772. 8.) T.

tifices Romani legatos miſerunt, ad inhibendas
am rapinas ac caedes. Innocentius IV nimi-
a. 1245 ASCELINUM, ſocium ordinis Domi- Aſcelinus.
ni, *Simonem de St. Quintino*, *Alexandrum* et
ſum, eiusdem ordinis, atque IOHANNEM DE
NO-CARPINI eiusque fratrem *Benedictum*, ſo-
ordinis Franciſcani, ad Tataros miſit. E qui-
ASCELINUS et IOH. DE PLANO-CARPINI
teras retulerunt, quae memorabilia apud Ta-
ſibi viſa eſſent. Quarum relationum epito-
tradita in VINCENTII BELLOVACENSIS
ulo hiſtoriali L. XXXI; e quo omnes reliqui
res hauſerunt. *Latine* exſtat v. c. in *Reineri*
cii hiſt. orient. (1585); *Anglice* in *Hakluyti* et
ſi collectionibus. Ex hac verſione enata
cogallica in *Bergeroni* collect. itinerar. et in
ione itiner. Prevotiana, cum tabula geo-
et figg. aen. Haud quidem prorſus con-
da offerunt monachi iſti: multa tamen
epta et incredibilia. Plurima, quae de Ta-
moribus narrant, hodie quoque de iis-
lent. Ioh. de Plano-Carpini copioſior eſt
no.

em fere ſentiendum de itinerario GUILIELMI Rubruquis.
BRUQUIS, Franciſcani, miſſi a Ludovico IX
to, Galliarum rege, e Syria, ubi tum ex-
oni cruciatae interfuit, ad Chanum ſive du-
Tatarorum ſupremum, anno quidem 1253;
ntis a. 1255. Rubruquis ipſe deſcriptionem
is epiſtolis Latinis, ad regem ſuum datis,
iuſſu mandaverat. Quarum partem cum
one Anglica in lucem publicam edidit *Hakluy-*
in collect. itinerar. T. I. *Purchaſius* autem pri-
e codice manu ſcripto, Cantabrigiae aſſer-
, verſionem integri itinerarii mutatis epiſtolis
ipitis, exhibuit, in collect. itinerar. T. III.

bibliotheca Vol. I. P. II. p. 9 ſqq.

Haithonus. HAITHONUS, ſive HAYTO, ſi
ſive AYTANUS, Armenus ex reg
chus Ordinis Praemonſtratenſis in
de Tataris Francogallice Pictavii
Clementis V, Pont. Rom. dictavit
qui eum deinde, eodem Pontific
1307 tranſtulit Latine; ſed ſaec
quo tantopere barbaries regnaba
vero hoc opere LX capitibus divi
deſcribit iter ſive, ut interpres
paſſagium terrae ſanctae. Relatior
tur e hiſtoricis Tataricis fide digni
avunculi litteris conſignata atque
perientia, ſiquidem ipſe magnam iu
inter Tataros cum Turcis bella g
Verſio iſta Latina primum prodii
Menardum Molther 1529. 4. Poſt
res de novo orbe, *Baſil.* 1555. fol
necii Chronic. Hieroſolym. P. II. (
atque cum Marco Paulo, ex e
Mulleri, Colon. Brandenburg. 1671.

Argote de Molina. *Sevilla* 1582. fol. et
nicas de los Reyes de Caſtilla (Madrid 1782.
III. — *Gonzalez de Clavijo*, comes lega-
aſtilianorum, a rege Henrico III ad Ti-
niſſorum, copioſe deſcripſit hiſtoriam iti-
ɔn autem Timuri. Inſunt tamen, quae
ɔſcendum huius ingenium et ad geogra-
ɛrrarum Mongolicarum faciant. Urbs
ɪrimaria, Samarcand, haud negligenter
Recentior editor Hiſpanus addidit me-
. Timuri obſervatu digna ex opere *Gar-*
lva Figueroa ſupra Vol. I. P. II. p. 55 ſq.
commemorato. Deſunt iſta in verſione
ɔrtii Francogallica, ab Hiſpano anonymo
ɛ typis mandata.

'INI BRONIOVII DE BIEZDZFEDEA Broniovius.
Tartariae. Item Transſylvaniae ac Mol-
liarumque vicinarum regionum deſcriptio
I A REICHERSDORFF. Praeterea GEOR-
NERI de mirandis Hungariae aquis hy-
ıtion; addita tabella lacus mirabilis ad
Colon. Agripp. 1595. fol. Hi tres ſcri-
ıoque adiecti ſunt *Ant. Poſſevini* Moſco-
. eod. Broniovii Tartaria etiam exſtat
ſeu Moſcovia itemque Tartaria. Lugd. Bat.
ir. 1630. 16. — Broniovius, vir felici
ili ingenio, qui cum philoſophiae atque
ıe cognitione, naturalem etiam pruden-
ımque publicarum uſum et intelligentiam
rat, eximia Latinae dictionis elegantia,
ɔeret, comitante. Quarum quidem vir-
ɛritis Stephani, fortiſſimi Poloniae regis,
at aulicus vocitari, bellica virtute, ſcriptis
ɪ, et legationibus ad diverſos principes
obitis, clarus. Maxime illa ad Tataros
ɛam Cherſoneſum, quo, e Ruſſia rediens

a bello Lucenſi, fuerat a rege miſſus, nove menſibus apud barbaros detentus; ubi au ſumtu ingenti luſtratis omnibus oppidis, portubus et munitionibus, conſuetudines q et leges ipſorum diligenti cura et labore n ſimulque tabulis aeneis illuſtravit.

Bruce f. ruſſus. GUILIELMI BRUSSI (BRUCE) de T diarium. Francof. 1598. fol. — Auctor, S fautorem nactus Ioannem Zamoſcium, m cancellarium et ſupremum militiae Polonae fectum, Antonio Spinolae, Genuenſi, ibi in qui legationem ad Tataros obierat (circa a. a quo varia de hac gente audivit, eaque breviter conſignavit. Idem ſcripſit *Conſi bello adverſus Tartaros gerendo.* Colon. 1595. fol.

Cf. *Hamb. Bibl. hiſt.* Cent. X. p. 222.

Bergeron. PIERRE BERGERON, *Pariſien, Traité d tares, de leur origine, païs, peuples, moeurs, r guerres, conquêtes, empire, et ſon etenduë; de de leurs Chans et Empereurs; Etats et Ho verſes juſqu' aujourd'hui. Le tout recueilli d Auteurs, Mémoires et Relations antiques et m* Edita eſt haec Bergeroni narratio de Tata eiusdem collectione paſſim a nobis laudata fere partem ſecundam conſtituit. Primum Pariſ. 1634. 8. (quae editio rara) Deinde in *de divers Voyages faits en Tartarie, en I ailleurs* etc. à Leyde, chez *Pierre van* 1729. 4. Denique *à la Haye* 1735. 4. — uſus eſt Francogallus doctus prioribus de ſcriptoribus in componenda hac deſcription poſtea ex Abulgaſio aliisque ſtatim rece auctoribus meliora edocti ſimus.

ABU-L-GHÂSI MOHHAMED BAHÂDUR, ſive vulgo minus recte audit, ABULGASI BAGAR ſ. BAYADUR, *Chan* (i. e. Princeps ſ. Rex) compoſuit hiſtoriam gentium Tatarico-Mongolicarum valde memorabilem. Ipſe oriundus e regia filia, utpote paterno ac materno genere a Tchingis-Chano deſcendens, atque ipſe rex aut princeps urbis Urgens et viciniae in Choraſmia, varias quidem vices expertus, diuque inter Perſas captivitatis verſatus eſt; quo factum, ut ingenium ad modulo nationis admodum perpoliret. Et ex ſcriptis quidem ſcriptoribus potiſſimum eam, quam annos ante obitum annis coepit, hiſtoriam lingua Perſica compoſuit. Morte praeventus anno Hegirae 1074 ſ. anno poſt Chr. nat. 1663, filio librum deſcribendum edendumque reliquit. Qui duobus poſt annis feliciter exiit in publicum, hac inſtructus epigraphe: *Haſain Kitap Schaſak Turki* i. e. liber genealogiae Turcarum, ſeu potius Chanorum Mongolicorum vel Mogoricorum. Quae igitur de priſtinis temporibus traduntur, ſumta ſunt e libro, quem *Chodſa Raſchidt*, iuſſu Gaſan Chani, eiusdem Tſchingis-Chani familia Perſiae regis, plena documenta ac monimenta ad opus tam ingens ſubminiſtrantis, concinnaverat. Qui quidem Chodſa Raſchidt Abulgaſio idem eſſe videtur ac *Fadlallah*, ſaepius a Petito la Croix in hiſtoria Tchingis-Chani citato. Caetera dubium non eſt, quae proxima temporibus Tſchingis-Chani referuntur geſta, et ſequentia, fide omnino digna eſſe; aliqua ex traditionibus hauſta non aeque certa videntur. Deducitur genealogia Tſchingis-Chani reliquorum Tatariae principum ab ipſo Adamo per ſingulas generationes, admiſſo ſaltem unico circiter CCCC annorum, quibus Mongolorum in ſpelunca Kon incluſorum res incertiores fuiſſe cre-

Abulgaſi.

duntur. Ex Nui tamen ſ. Noachi nepote, e
ſ. Iapheti filio natu maximo Turk proſapia
deducitur. A Turco enim per continua
ceſſionem principatus perveniſſe dicitur ad
Chanum, cuius duo fuere filii, *Tatar* et
vel *Mogul*, capita duarum familiarum. I
rorum gente ſucceſſio regum continua u
Siunz Chanum; in Mungli familia paullu
rupta: ſed regnavit tamen in ea temporibu
Ill Chanus. Quo ab illo victo, et gente
lorum ad internecionem fere caeſa, qui
erant, per aliquod tempus errabundi de
in regionem montibus undique clauſam
ceſſam, quam Irgana Kon vocarunt, in q
CCCC annos abſcondunt. Tum vero p
tes iterum mox omnes gentes vicinas in
tem redigunt. Ex hac adeo quoque gente
familia continuata ſucceſſione ortus eſt Tſ
Chan, cuius res latiſſime in Aſia atque
geſtae fuſe exponuntur. Filii eiusdem me
tur quatuor: Zuzi, Zagatay, Ugaday et T
inter quos diviſae provinciae regni vaſtiſſim
tamen eorum Ugadayo principatus tribu
caeteros ex voluntate patris, accedente etia
ctione procerum; unde Magni Chani nom
excellentius caeteris ortum. Et ſucceſſor
Magni Chani a proceribus lectus plerumqu
ex familia natu vel meritis maximus eſſe
Ugadayi adeo familia brevi eminentior haec
tas in familiam Taulayi tranſiit, priore
oppreſſa. Nec ipſa hiſtoria Taulayanae f
ulterius quam ad Cublayi tempora, quibus
me floruit hoc imperium, Sina omni ſub i
coacta, perducitur. Zagatayi poſteri in T
oxiana regnarunt, unde et regioni nome
aliquod tempus, usque ad aetatem Timuri,

ncipatu deiecti ſunt, ſuccedente in eorum locum nuri familia et poſteris, qui et ipſi ſedes et im-ium in Indiam tranſtulerunt, unde Mogolicae ae nomen, ita tamen ut apud Perſas propter res ſedes huius Timuricae familiae Mogoles Indici Zagatayenſium appellationem etiamnum ere memorentur. Taulayi Chani reliqua fa-ia, quae Magnum etiam, ut dictum, Chana-n obtinuit, in Perſia quoque regnavit, pluribus ea regibus Chriſtianis imperantibus; tandem diis et rebellionibus ad incitas redacta et a tianis oppreſſa. Sola ſupereſt Zuzii gens, in res familias diviſa, quarum potior in Kipſac ſchac dominatum ſtabilivit, Ruſſiamque per od tempus tenuit. A Zuzii quoque filio, To-Timur, Chani Crimenſes deſcenderunt, ut alio filio eiusdem Usbek ortus, qui a ſuis amatus, ut nomine eius, quod hodiernum tur in locis, quibus conſederunt, ſe appella-Copioſius tandem recenſetur familia, ex deſcendens, Scheybani Chani, qui quidem iae et Germaniae urbes quasdam tenuiſſe a duro narratur: quod vero ab eodem familiae ppaeorum principum regumque plurium ori-n ſuam repetant, inter commenta illius, ex done incerta hauſta, procul dubio referendum Potiſſimum vero Choraſmiam tenuit haec eybani familia, ex qua *Abulgaſi Bahadur* noſter ndus. Hiſtoria Choraſmiae huius, non niſi ata bella et tumultum alterum ex altero natum, fidiam conſanguineorum, levitatem populorum, ocinia in vicinos urbiumque direptiones nar-, uberius recenſeri vix meretur. Caeterum oria haec finitur morte Abulgaſidae Bahaduri o aerae Chriſt. 1665. In notis, ab editore ncogallico adiectis, geographia, hiſtoria et

natura

natura regionum Aſiae ſeptentrionalis interdum ſatis ſuſe explicatur, nullo quidem ordine, niſi quem mentio ipſorum locorum in contexta ſuggerebat. Sic de Calmuccis ſ. Calmyccis et Colchis multa ibidem referuntur. Quibus vero e fontibus hauſtae ſint notae iſtae, editor in praefatione ſolummodo his verbis vagis innuit: *On les a remplies d'une quantité de Memoires Authentiques.*

Haec igitur hiſtoria e codice manu ſcripto Tartarico primum ſumtibus ducum bellicorum Suecicorum, a Ruſſis proelio Pultavienſi captorum aut in Sibiria detentorum, in quibus Phil. Ioh. de Strahlenberg, in linguam Ruſſicam, et ex hac ab ipſis varias in linguas, v. c. a Strahlenbergio in Theotiſcam, translata eſt. Prima typis vulgata verſio fuit Francogallica, quam editor accepit ab interprete ipſo, cuius nomen vero haud tradit, affirmat: alii eandem e Theotiſca ortam dicunt. Editor iſte quoque anonymus audit *Varenne de Mondaſſe*, copiarum Gallicarum olim praefectus. En huius verſionis inſcriptionem: *Hiſtoire genealogique des Tatares, traduite du Manuſcript Tartare* d'Abulgaſi-Bayadur-Chan, *et enrichie d'un grand nombre de Remarques authentiques et tres curieuſes ſur le veritable Eſtat préſent de l'Aſie ſeptentrionale. Avec les Cartes geographiques neceſſaires.* Par D***. à Leyde 1726. 12 mai. Ex hac verſione anonymus, annotationibus contextui, ubi apte ſatis viſum fuerit, immixtis, condidit *Deſcription de la Tartarie*, inſertam tomo X collectionis, hoc titulo ornatae: *Recueil des voyages au Nord.* Epitome libri exſtat in collectionis itinerar. Prevot. T. VII. Anglicae quoque verſionis, e Francogallica ortae, paſſim mentio fit. Quum autem verſio Francogallica, adeoque omnia ex iſta hauſta, errorum ac vitiorum plena ſit; egregie ſane actum, quod verſio

o Theotiſca, ex archetypo Tatarico confecta, ucem publicam prodierit. Elaboravit olim i *Daniel Gottlieb Meſſerſchmid*, ſeu ut ipſe au- maluit, *Mechaeropoeus*, artis medicae doctor 721. Cuius autographum cum ante decem annos in bibliothecam academicam Goettin- am perveniret, ab eiusdem praefecto ſupremo, i. Heynio, traditum I. C. Gatterero, qui illud Theotiſco hodierno accommodavit, tamen ſententiarum ſeu rerum detrimento, typisque um exſcribi iuſſit in commentariis ſuis criticis, *riſches Journal* inſcriptis, tomo quidem XII. —96. T.XV. p. 1—96. T.XVI. p. 1—148; quidem titulo: *Haſain Kitap Schaſak Turki, iſt, Geſchlechtbuch der Mungaliſch-Moguliſchen Mogoriſchen Chanen, nebſt einigen, von ihnen il, als von Tatariſchen Chanen abgeleiteten Stäm- von einem, aus dem Zingiſchen Geſchlechte ab- ſtammenden Chareſmiſchen Chan* Abulgaſi Bagadur n. *In der Chareſmiſchen Hauptſtadt Chiwa: im* 1663. *Aus einer Türkiſchen Handſchrift ins ſche überſetzt von ſel. D.* Meſſerſchmid. — s haud adiecit. *) — *Latinam* huius operis pretationem ex archetypo Turcico adornaſſe *philum Sigefridum Bayerum*, diſcimus ex Novis s Eruditorum a. 1732. p. 356, ubi etiam ſpe- n operae collocatae exhibitum (p. 357-366). etiam Act. Erud. Supplem. T. IX. p. 200— — *Ruſſice* e verſione Francogallica ab ano- o *Petropoli* ſine anni mentione, verum circa

*) Academia ſcientiarum imperialis Petropolitana aliam poſſidet verſionem, ex archetypo Tatarico confectam a *Georgio Iacobo Kehr*; quam, quum incomtior eſſet, *Io. Eberhardus Fiſcher* perpolivit, quantum per imperitiam linguae Tataricae fieri potuit.

circa a. 1770, duobus voluminibus in 8. — Cf. H. L. C. *Bacmeiſter Ruſſiſche Bibl.* T. IV. p. 556 ſqq.

Martini. MARTINI *Relation de la Tartarie orientale* in *Recueil de Voyages au Nord* T. IV. p. 365–415. Deſcribuntur regna Tatarica Niutſche, Ninha, Tanyu, Samahania et Siſan, aliorumque ad Tartariam non pertinentium, Laos, Gannan atque Corea.

Avril. PHIL. AVRIL *Deſcription de la grande Tartarie et des differens peuples qui l'habitent;* in eiusdem *Voyage en divers etats d'Europe et d'Aſie, pour découvrir un nouveau chemin en la Chine.* à Paris 1692. 4. ibid. 1692. 4. ibid. 1693. 12. Cum figg. aeri *Theotiſce* a *Lud. Frid. Viſcher*, cum eiusdem annotationibus. *Hamburg.* 1705. 8. — Auctor, Ieſuitarum ſuperiorum iuſſu, novam et commodam verſus Sinam viam terreſtri peregrinatione indagare studuit. Quo in negotio verſatus eſt ab a. 1685 usque ad a. 1691. Varia, ab aliis antea non obſervata, notavit.

Voyages etc. *Voyages de l'Empereur de la Chine dans la Tartarie* etc. *à Paris* 1685. 12. — Inſunt relationes itinerum duorum Sinenſis imperatoris in Tatariam a Ieſuita VERBIEST, Imperatoris comite, conſcriptae. Alterius de itinere a. 1683 ſuſcepto, ſupra Cap. XVII. Sect. V. meminimus: altera orta occaſione itineris a. 1682 peracti. Subiuncta eadem eſt operi Duhaldiano de imperio Sinenſi. Ineſt quoque tomo IV collectionis itiner. verſus ſeptentr. (*Voyages au Nord*), atque tomo VII collectionis itiner. Prevotianae. *Anglice* exſtat in narratione Hiſpani Soto de Florida. *Lond.* 1687. Ambae relationes plures obſervationes de Tataria orientali et occidentali continent ſcitu minime indignas, v. c. de urbe Ula, olim regia Tatarorum; de indole terrarum iſtarum naturali. Addita eſt narratio de

Hiſpanorum ex Mexico navigatione in Cali-
niam a. 1683 facta; de qua alibi.

Acta Erud. a. 1686. p. 259 ſqq.

Similia itinera, et quidem octo ab a. 1688 Gerbillon.
ne ad a. 1698, in Tatariam occidentalem, cum
eratore Sinenſi Kanghi vel eius iuſſu peregit
. FRANCISCUS GERBILLON, Ieſuita Fran-
llicus. Multo plura vidit et conſignavit, quam
ieſt, cuius vero relationes introductioni quaſi
poſſunt narrationibus Gerbillonii; quas qui-
Duhaldius ſubiunxit operi ſaepius memorato.
men amplam ſcite compoſitam exhibet col-
itinerariorum Prevotiana T. VII. Occaſio-
, multa videndi et obſervandi, aliis peregri-
bus plerumque abſcondita, egregie uſus eſt
illon, arte mathematica inſtructus, qua loco-
ſitus et deſcriptiones rectius exhibere potuit,
vulgus peregrinantium. Adiuncta ſunt no-
ſuper tempeſtatis mutationibus, ſuper varia
natura, ſuper Tatarorum indole etc. Nec
t figurae aeri inciſae.

ICOLAI WITSEN *Noord- en Ooſt-Tartarye,* Witſen.
*Bondigh Ontwerp van eenige dier Landen, en
, zo als voormaels bekent zyn geweeſt.* T'Am-
m 1692. fol. ibid. 1705. fol. Cum figg. aen.
o prior quidem nec tam ſplendida, nec tam
eſt, quam poſterior, quippe quae ornata
eſt tabulis geographicis figurisque eleganti-
habet iſta tamen loca, in hac non obvia.
que vero usque ad dies noſtros tantae erant
is, ut codicum manu ſcriptorum inſtar aeſti-
ntur. Et inter haec operis exempla pauciſſi-
ex unum vel alterum exſtitit, cui non deeſſent
tabulae geographicae vel indices. Auctori
accuratiſſimo anxieque paene exacto nec

prior

septuagenario reliquo obiit, Belgarum
Ruſſos Legatus, per omnem paene d
in eo totus fuit, ut Tatariam, ſeptem
ſus et orientem ſolem ſitam, Sibiriam
que aliasque terras dominationi Ruſſic
parum tunc temporis notas, ſua indu
ret. Prodiit primum tabula illarum re
graphica a. 1691.[***]) Huic comment
debebat opus ipſum modo laudatum.
nos impedit, quo minus res ab aucto
tas accurate indicare poſſimus. Qui
runt ſummis idem extollunt laudibus,
multa contineat, hodienum in Ruſſi
ſatis nota, maximamque partem in te
literis conſignata.

Cf. G. F. Müller *Sammlung Ruſſiſcher G*
p. 194—276.

v. Strahlenberg. PHILIPP IOHANN VON STRA
Das Nord- und Oſtliche Theil von Eur
in ſo weit ſolches das ganze Ruſſiſch
Siberien und der groſſen Tatarey in

ner hiſtoriſch-geographiſchen Beſchreibung der al- und neuern Zeiten, und vielen andern unbekann- Nachrichten vorgeſtellet, nebſt einer noch niemals Licht gegebenen Tabula polyglotta *von zwey dreyſſigerley Arten Tatariſcher Völker, Sprachen einem Kalmuckiſchen* Vocabulario, *ſonderlich aber groſſen richtigen Land-Charte von den bekann- Ländern und andern verſchiedenen Kupferſtichen, Aſiatiſch-Scythiſche Antiquität betreffen; bey enheit der Schwediſchen Kriegs-Gefangenſchaft ſland, aus eigener ſorgfältigen Erkundigung, nen verſtatteten weiten Reiſen zuſammengebracht sgefertiget.* Stockholm (ſ. potius *Lipſiae*) *in ung des Autoris* 1730. 4. Cum charta geo- ca maiore et tabulis aeneis XXI. *Anglice*, 1738. 4. (Notulas paucas adſperſit interpres mus). *Francogallice* a *Godofredo Sellius*, Am- (ſ. potius Pariſ.) 1757. II Voll. in 12 mai. — 1726 auctor, chiliarcha regis Sueciae, pro- edito, conſilium hoc opus edendi manife- t, atque bibliopolis ad redimendum obtu- Quum vero horum nemo conatum facere , ſumtibus auctoris pretioque ab hiſtoriarum ibus repraeſentato liber excuſus atque redem- t. Etſi vero minime eruditum ſe fateretur , factum tamen haud exiguo litterarum , ut in tredecim annorum captivitatem de- s in Ruſſiam, occaſione oblata, remotiſſimas ncias, a Tataris praecipue habitatas, ſcrutari tabula delineare, praeterea mores incogni- gentium et linguas ac monimenta antiqua cere, eaque, quae uſum habere poſſunt, prodere potuerit. In primis vero tabulam phicam multo labore dedit, maiorem qui- quam ut cum libro ipſo commode compingi , de qua copioſe egit in praemiſſa libro in-

pitibus XIII de variis Ruſſiae no
que origine, de finibus, ſitu e
Imperii, de veteri et nova Ruſ
provincias, de veteribus et novi
bus ac ſede praecipua, de initio
cipum e familia Romanovienſi, d
Imp., de titulo Tzari et Magni D
de religionibus Ruſſiae, de m
eccleſiaſtico, de proventu Ruſſi
militari regni Ruſſici, de eius f
de aliis memorabilibus, quae ad
ſtant, de metallis, vegetabilibus,
tiquitatibus etc., ordine quidem al
in primis digna ſunt, quae ſub t
hieroglyphica et ſimilibus expon
illuſtrantur. Hodie quidem de pl
in libro expoſitis certiores fa&ti
tamen illi pretium quoddam. N
bergio didicerunt eoque haud ra
libri eius mentione; dignus cer
cuius relationes cum recentioribus
Interpres Francogallicus anonym

ıtſchatka et in mare pacificum, aliaque de
hirikoffii itinere verſus littora Americae. Quae
iones mutuatae ex epiſtolis praefecti militaris
ici anonymi.

Nova Acta Erud. a. 1731. p. 45 ſq.
ttting. *Anzeig.* a. 1759. p. 298 ſqq.

B. DU HALDE *Deſcription — de la Chine et* du Halde.
Tartarie Chinoiſe etc. (1735), multa quoque
pertinentia continere, vel titulus docet et ex
iptione noſtra ſupra exhibita patet.

Relation de la grande Tartarie, dreſſée ſur les Relation
titres originaux des Suedois, priſonniers en Siberie, etc.
ur la guerre de la Suede avec la Ruſſie. à Am-
1737. 8. et in *Recueil de Voyages au Nord*
p. 1 ſqq.

Lettre à Mr. le Marquis de Torcy ſur le nouvel du Ban.
ſſement de la miſſion des Peres Jeſuites dans la
, par DU BAN in *Recueil de Voyages au Nord*
p. 379 ſqq. et in *Nouveaux Mémoires des*
T. I. p. 1—94.

Reponſe faite à quelques queſtions au ſujet des Reponſe
res Circaſſes; in *Rec. de Voy. au Nord* T. X. etc.
ſqq. et in *Nouv. Mém. des Miſſ.* T. I. p. 95 —

ERRAND *Voyage de Krimée en Circaſſie par le* Ferrand.
des Tartares Nogaïs, fait en 1702; in *Rec. de*
Nord T. X. p. 458 ſqq. et in *Nouv. Mém.*
ſſ. T. I. p. 102—135.

OH. LAURENTII MOSHEMII Hiſtoria Tar- Moshem.
m eccleſiaſtica, cum mappa geographica.
ad. 1741. 4. — Exponuntur potiſſimum
us ac ſtudia Pontificum Romanorum ſacer-
que ab iis in regiones a Tataris habitatas
endam et propagandam ibi religionem Chri-
n miſſorum.

collegit, quicquid de Tataris inde
mordiis usque ad eius incurſiones
orientalem et ad proelium Lignitii
1741 ab iis commiſſum, reperire p
Tatarorum expeditiones per Cumani
riam illuſtratae: minus, quae de eor
afferuntur.

de Guignes. DE GUIGNES *Hiſtoire générale d*
Turcs, des Mogols et des autres Tarta
etc. (1756 ſqq.). Supra Cap. XVII
hoc opere retulimus.

Diſſ. de nationibus Tatar. &c. *Anonymi* Diſſertatio de nationib
quae inter Aſtrachanum et flumen C
a. 1728 habitarunt; in *Hiſtoire de l'A*
Berlin T. XII. (1758).

Kien-long. *Eloge de la Ville de Moukden et d*
Poeme compoſé par KIEN-LONG, *E*
Chine et de la Tartarie actuellement reg
pagné de notes etc. Traduit en Fran
Amiot, *Miſſionnaire à Peking, et pu*
Deguignes. *à Paris* 1770. 8 mai. —
imperator Sinenſium adhuc plauſu ſu

[illegible] alia exhibentur et illuſtrantur, quae geogra[illegible]m hiſtoriamque naturalem Tatariae orientalis, [illegible]e Sinarum mores ac conſuetudines ſpectant. [illegible]ta eiusdem imperatoris diſſertatio de invento- [illegible] temporeque inventionis characterum, qui- [illegible]Sinenſes in ſcribendo utuntur; item eiusdem [illegible]na in fruticem ac potum, *Thea* dictum.

[illegible]* *Goetting. Anzeig.* a. 1770. p. 881—885.

[illegible]IGOLAUS ERNST KLEEMANNS *Reiſen von* Kleemann. [illegible] *über Belgrad bis Kilianova, durch die Butſchiak-* [illegible]*rey über Kavſchan, Bender, durch die Nogew-* [illegible]*rey in die Crimm, dann von Kaffa nach Kon-* [illegible]*ſtantinopel, nach Smirna und durch den Archipelagum* [illegible] *Trieſt und Wien, in den Jahren* 1768, 1769 [illegible]1770. *Nebſt einem Anhange von den beſondern* [illegible]*Merkwürdigkeiten der Crimmiſchen Tartarey, in Brie-* [illegible]*fen an einen Freund.* Wien 1771. 8 mai. Editio [illegible], cum figg. aen. *Lipſ.* 1773. 8. *Vindob.* [illegible]. 8. — Editione prima Vindobonae a cen- [illegible]ſore truncata, auctor aliam curavit, reiecta [illegible] epiſtolari, diarium potius exhibens, novem- [illegible]figuras aeri inciſas addens. Iter inſtitutum [illegible] aulae Auſtriacae eo quidem fine, ut inveſti- [illegible]ur, numne commercia utilia e terris Auſtria- [illegible] peninſulam Crimenſem conſtitui poſſint. [illegible]ſus auctor potiſſimum narrat, mores Tata- [illegible]m libri titulo commemoratorum paſſim pingit, [illegible]eographia Beſſarabiae, regionis circa Otſcha- [illegible] et inter Boryſthenem ac Tanaim, ut et penin- [illegible] Crimenſis, nova nonnulla tradit.

Eine merkwürdige und zuverläſſige Nachricht von Nachr. von *Verbrennung des oberſten Prieſters der Kalmüken.* Verbrennung etc.
[illegible]l 1773. 8.

[illegible]OH. GOTTHILF STRITTER *Hiſtoriſche Nach-* Stritter. [illegible] *von der Krim;* addita Calendario hiſtorico

ponenda hac diſſertatione poſſi
eſt Degagnesii opere ſaepius l
annalibus Ligniceníibus, atque
maiore ab Anglis compoſita.

Pallas. P. (PETRI) S. (SIMONIS) P
gen hiſtoriſcher Nachrichten über
Völkerſchaften. Erſter Theil. St.
4 mai. Cum VIII figg. aen. —
bus Mongolicis, de Calmycoris
iam tradiderat in itinerario, hon
mo, de quo alibi. Hac vero,
cupata, collectione, ſeu potiu
plura melioſque diſpoſita exhib
1769, 1772 et 1773 ipſe inter M
eſt, poſtremisque annis potiſſimu
egregia ad opus hocce oſtendend
gotio adiutus eſt laudabili diligen
Niſchnowa, artificis, cui debe
variarum rerum memorabilium,
interpretis ſcriptorum Calmyco
auctor uſus eſt collectionibus G
G. Gmelini ſibi a viris hisce doſ
catis. Ita opus ortum, quod, ſi

eorum diviſione et hiſtoria, in primis de hiſto- Calmyccorum, de eorum principibus horum- genealogia. Sectione ſecunda de Calmycco- indole, moribus ac conſuetudinibus. Sectione de eorundem aliorumque Mongolorum, etorum potiſſimum, re civili ac militari. Cui prima arida viſa fuerit, illi eo magis arri- nt ſecunda et tertia. Pars altera compre- et plura memoratu digna de religione La- , de hierarchia Tybetana, de aera religioſa golorum et Calmyccorum, de caerimoniis ofis, et de variis eorum loquendi ac ſcri- modis.

xquiſite doctam, ex fontibus optimis hauſtam Thunmann. ptionem geographicam Cherſoneſi Tauricae Tatariae Crimenſis, inde ab a. 1783 imperio co ſubiectae, exhibuit IOH. THUNMANN, ſſor olim hiſtor. et eloq. Halenſis, in editio- ptima geographiae Büſchingianae (*Hamburg.* 8.) P. I. Vol. II. p. 1882 — 1974.

EGNIER *Beſchreibung der Buraeten, oder nach* Regnier. *ihrer Mundart Bratsky, eines unter Ruſſiſcher äſſigkeit ſtehenden Tatariſchen Volkes, das ohne el von den Mungalen abſtammet, und die Sibi- Gegenden von Krasnajar, Irkutsky, Himsky, chinsky, Selanginsky und Kiachta bewohnet;* in Meuſelii *Beyträgen zur Erweiterung der Ge- chtskunde* (Augsburg 1780. 8 mai.) T. I. p. 119- — Auctor, natione Helvetus, a. 1774. Ir- kii, ubi aliquot annis vixit, hanc deſcriptio- compoſuit, dignam ſane, cui fides tribuatur, ae comparetur cum iis, quae Pallas in opere o memorato de Buraetis narrat. Saepe uter- eadem refert, alterque alteri fidem facit; n inter ſe diſcrepant. Regnierii deſcriptio.



copiosior videtur eoque fide dignior, quod ille inter gentem istam et apud praefectum summum provinciae Irkutzk versatus sit.

Leontiew. De tribus tabulis genealogicis principum Mongolicorum cf. *Leontiew* capite proxime sequente.

v. Breitenbauch. (GEORG AUGUST VON BREITENBAUCH) *Staat der gesammten Tatarey in den alten und neuern Zeiten, aus den bewährtesten Nachrichten gezogen.* Reval und Leipz. 1780. 8. — Epitome nimis contracta et arida mendisque typographicis scatens, e libris vel a nobis iam laudatis vel alibi laudandis deducta.

Sujef. SUJEF *Nathrichten von der Krim;* in PALLAS *Neuen Nordischen Beyträgen* (1783) T. IV. p. ... et in *histor. Portefeuille* a. 1783. Partic. X. p. 440 sqq. ubi et annotationes adiectae. Auctor sumtibus academiae Petropolitanae observationum instituendarum caussa in peninsulam Crimensem missus fuerat.

Alia, cum recentiora tum maioris momenti de eadem, tradit anonymus praefectus militaris Rusticus, aestate anni 1784 peninsulam relinquens, in *Histor. Portefeuille* a. 1785. Partic. III et IV.

Alii quoque retulerunt de populis Tataricis in libris in posterum nominandis, v. c. capitibus de scriptoribus rerum Sibiricarum ac Russicarum.

* * *

Scriptores de Tschingis-Chano et de Tamerlane sive potius Timure, Mongolorum olim ducibus famosissimis.

de la Croix. *Histoire du grand Genghizcan, premier Empereur des anciens Mogols et Tartares. Divisée en quatre livres. Contenant la Vie de ce grand Can; son élevation;*

hazeno, licet alia quoque ſubſidia mentiatur titulus: *Hiſtoire du grand Tamerlan, tirée d'un excellent manuſcrit et de quelques autres originaux très propres à former un grand Capitaine, par Sieur* DE-SAINCTYON. à Paris 1629. 12. ibid. 1677. 12. à Amſterd. 1678. 12. de Sainctyon.

AHMED BEN ARABSCHAH (*Arabſiades*) Arabice ſcripſit hiſtoriam Timuris, cui coaevus fuit († 1450). Multis quidem ignominiis et vituperiis facinora, in generis humani internecionem a depopulatore patrata, exprobrat: verum enim vero ingenii Timuris ornamenta minime tacet: iuſtis potius laudibus proſequitur eius virtutem bellicam, dexteritatem et ſollertiam in rebus civilibus tractandis, tutelam, qua litteras bonas artesve fovit. Aliis certe ſcriptoribus Timuris res geſtas non ſine partium ſtudio narrantibus praeferendus videtur Arabs iſte, cuius archetypum primum typis expreſſum hac epigraphe: AHMEDIS ARABSIADAE vitae et rerum geſtarum Timuris, qui vulgo Tamerlanes dicitur, hiſtoria. *Lugd. Bat.* ex typogr. Elſeviriana 1636. 4. *Iacobus Golius* editorem in praefatione brevi ſe profitetur. Textum ſolum Arabicum exhibuit. Operam dedit, ut ſcriptorem integrum, et qualem offenderat, factaque gemini codicis MS. collatione emendatum publicaret: ſeparato volumini deſtinatis, quae ad interpretationem eius pertinent, et neceſſarias notas. Golii verſionem Latinam in bibliotheca *Iacobi Meieri*, D. et Prof. Bremenſis, mortui a. 1741, aſſervatam fuiſſe, teſtatur *Dunkel* in *Nachrichten von verſtorbenen Gelehrten* T. I. P. I. p. 155. *) *Francogallice* a *Petro* Ahmed.

*) *Bioernſtâhl* in Epiſtolis itinerariis T. V. p. 38 ſec. verſ. Theot. narrat, ſe Baſileae in bibliotheca Freyiana vidiſſe

a *Petro Vattier*, *) Paris. 1658. 4. Nova editio archetypi cum versione Latina prodiit hac inscriptione: AHMEDIS ARABSIADAE vitae et rerum gestarum Timuris, qui vulgo Tamerlanes dicitur, historia. Latine vertit, et adnotationes adiecit *Samuel Henricus Manger*. Tomus I. *Leovardiae* 1767. T. II. ibid. 1772. 4. Mangerus textum mendosum editionis Golianae, hodie raro obviae, e duobus codicibus MSS. notisque criticis, quas *Albr. Schultens* exemplo suo adscripserat, frequenter correxit, versionemque Latinam addidit; quae, quantum in tali scriptore tumido et obscuro fieri poterat, plana est atque perspicua. In annotationibus mutationes contextus indicatae locaque obscura illustrata, proprietas dictionis Arabicae eiusque usus in interpretando sacro codice declarata.

Cf. *Goetting. Anzeig.* a. 1768. p. 1158 sq.

I. A. ERNESTI *Theol. Bibl.* T. II. p. 852 sqq.

Boecler. IOANNIS HENRICI BOECLERI Timur, vulgo Tamerlanes. *Argent.* 1657. 4; et in eiusd. Diss. acadd. (*Argent.* 1658. 8.) p. 383—417. Dissertatio haud male composita e scriptis Ahmedis Arabsiadae, Schildbergeri, annalibus Sultanorum Turcicorum a Leunclavio editis, Perondini, Cuspiniani, aliorumque.

P. D'OR-

vidisse versionem Latinam Ahmedis ex editione Goliana, elaboratam usque ad finem capitis XLII ab Abbate Parisino *Longuerue*, reliqua vero usque ad cap. LXXXIX a Freyio, qui et Carmina in mortem Timuris composita ab Arabschida (ap. Golium p. 317 sqq.) Latine reddidit.

*) Idem, qui Macini historiam Saracenicam Francogallice reddidit. Cf. supra Vol. II. P. I. p. 160.

P. D'ORLEANS *Hiſtoire des deux conquerans* d'Orleans.
Tartares Chunchi et Camhi, qui ont ſubjugué la Chine. Paris 1688. 8. Cf. ſupra cap. XVII. ſect. III.

THOMAS HYDE Specimen hiſtoriae Timuri, Hyde.
Arabice et Latine; in *eiusd.* Syntagmate diſſertationum, edito a *Gregorio Sharpe* (Oxon. 1767. 4.) Vol. II.

Hiſtoire de Timur Beg, connu ſous le nom du Scherefeddin Ali.
Grand Tamerlan, Empereur des Mogols et des Tartares, ecrite en Perſan par CHEREFEDDIN ALI, *natif d'Yezd, auteur contemporain; traduite en Francois par feu Mr.* PETIS DE LA CROIX, *Profeſſeur en langue Arabe au College Royal, Secretaire Interprête du Roi pour les langues orientales. Avec des notes hiſtoriques et des cartes géographiques.* à Delft 1723. IV Voll. in 12 mai. à Paris 1724. IV Voll. in 12 mai. — Cherefeddin ſ. potius Scherefeddin paucos annos poſt Timuris obitum hanc hiſtoriam, vel potius panegyricum, elaboravit. Affirmat idem, ſe eam concinnaſſe ex commentariis ipſius Timuris, cui moris fuerit, omnium factorum suorum hiſtoriam, ab ipſis ducibus, qui rebus gerendis interfuerant, exhibitam, in unum corpus colligere, et ſcribis ſuis dictare. Quicquid vero illud ſit, Perſa diario rerum a Timure geſtarum laudes nimias et impudentes largiter adiecit, adeoque narrationi ſuae ipſe minus fidei conciliavit, quam Ahmedus nimium Timurem vituperando. Ambo tamen praecipui hucusque manſerunt ſcriptores de Timuris rebus geſtis; ambo inter ſe conferendi veraque a falſis iudicio acri ſecernenda ſunt. *Petis de la Croix*, a Franciae rege Ludovico XIV ad addiſcendas linguas orientales miſſus in Orientem, Iſpahani copiam operis Scherefeddini nactus, iuſſu Colberti eius verſionem orſus eſt, primo

primo ad verbum magis exprimendo flores et elegantias eloquentiae Perſicae, dein, cum caſtigatis eloquentiae aſſuetis auribus eam ingratiorem deprehendiſſet, novam concinnavit, ſenſum potius quam verba referentem.

Cf. Acta Erud. Suppl. T. IX. p. 80—88.

Hiſt. de Tamerlan. *Hiſtoire de Tamerlan, Empereur des Mogols, tirée de quelques Auteurs Orientaux qui ont écrit de l'Aſie.* à Paris 1739. II Voll. in 12 mai. — Satiram potius in Ludovicum XV, regem Francie, quam veram Timuris hiſtoriam hunc librum continere, affirmat *Lenglet du Freſnoy* in *Methode pour étudier l'hiſtoire* T. XIV. p. 116.

Inſtitutiones civiles et militares, Timuri adſcriptae. Recentiore, quo vivimus, aevo per Anglos in orientali India dominantes Europaeis opus innotuit, quod a Timure ipſo conditum eſſe Indi ac Perſae ſibi perſuadent; inſtituta nimirum atque regulae, ſecundum quas Timur non in bello ſolum, ſed etiam in pace, regnaverit; adiecta brevi rerum bellicarum a Timure geſtarum hiſtoria. Primo prodiit Oxonii a. 1780 ſpecimen operis Anglice verſi hac epigraphe: *A Specimen of the civil and military inſtitutes of Timour, or Tamerlane: a Work written originally by the celebrated conqueror in the Mogul language, and ſince tranſlated into Perſian, now firſt rendered from the Perſian into Engliſh, from a MS. in the poſſeſſion of William Hunter — with other pieces. By* JOSEPH WHITE, *B. D. Fellow of Wadham College etc.* Oxford 1780. 4 mai. *Theotiſce* a *Chriſti. Frid. Preiſs.* Halae Magd. 1781. 8. Secutum eſt opus ipſum hoc titulo: *Inſtitutes political and military, written originally in the Mogul language by the great Timour, tranſlated into Engliſh by Major* (WILLIAM) DAVY, *and publiſhed by* JOSEPH WHITE. Oxford 1783. 4 mai. Quem librum ſi paullo curioſius inſpicias atque

e examines, facile apparet, eum minime a ure ipſo proficiſci, ſed ab alio fictum eſſe, eo ine, quo Xenophon Cyropaediam finxerit. us quidem interpres, *Davy*, tribunali Anglo-Bengalico ab epiſtolis, authentiam operis plu- argumentis evincere nititur: at probe illum ntavit *C. Meiners*, Profeſſor philoſophiae tingenſis, cum in ephemeridibus Goettin- bus eruditis a. 1780. p. 865 ſqq. et a. 1784. ſqq. tum praecipue in *Goetting. Magazin* a. . P. IV. p. 66—84. Cf. etiam ephem. Goett. 81. p. 451 ſqq. Idem tamen opus aliis ex nibus haud prorſus vilipendendum eſſe, con-

CAPVT

wie es anitzo mit allen Städten
baut iſt, nebſt deſſen Ströhmen, ſt
gen, Gründen, Wäldern, Handel
wohnern, Sitten, Sprache, Policeyo
ſowohl bis an Kara Kathaya und
als auch an die ganze groſſe Te
Aſiatiſche Länder. Worbey der
Iwan und Peter Alexewiz, als H
derer Schweſter, der Princeſſin Sop
tes Gouvernement, auch wie dur
Rebellion der ältere Zaar, Iwan
lanket, die Princeſſin ſich in ein K
alles in einen andern Stand geſetzet
jedoch gründlich denen curieuſen
ſtellet. Iena 1690. 12. — Aud
libelli nomen *Schleuſing*, in ſubſ
tionis *Schleiſing*, ipſe cum merca
cis Sibiriam peragravit. Norve
Finniam viſit. Caeterum narrati
laborat.

Witſen. NIC. WITSEN paullo ante ca
Dobin. ALBRECHT DOBIN *Beſchreib*

Der allerneueste Staat von Siberien, einer grosen zuvor wenig bekannten Moscowitischen Provinz Staat von Siberien. *sen, entdeckend nicht nur die ehmalige und gegen- ige Beschaffenheit des Landes, nach seiner Regie- , nach der Gegend Frucht- und Unfruchtbarkeit, rgen, Thieren, Flüssen, Städten u. d. gl. sondern die Sitten und Gebräuche der Samojeden, Wa- , Calmuken, Ostiaken, Tanguser, Buratten, galen und anderer Tartarischen Völker. Nebst historischen Nachricht von den merkwürdigen heiten derer in diesem Lande gefangenen Schwe- von der Schule zu Tobolsky, und vom wun- en Anfang zur Bekehrung der Unglaubigen.* berg 1720. 8. — Auctor anonymus in prae- e bonos malosque libros, e quibus satis pro- m, ut in aetate ista esse potuit, compilatio- capitibus XXI distinctam, confecit, enume-

URT FRIEDRICH VON WREECH *wahrhafftev.* Wreech. *ständliche Historie von den Schwedischen Ge- en in Rusland und Siberien.* Sorau 1725. 8. secunda auctior et emendatior. Ibid. 1728. Dum auctor fata captivitatis suae exponit, de Sibiriae eiusque incolarum natura ac in- fert.

ILIPP. IOH. DE STRAHLENBERG modo v. Strahlen- praecedente laudatus. berg.

ERARDI FRIDERICI MULLERI, *Academici* Müller. *politani et Professoris ordinarii, regiae societa- rum Anglicanae Sodalis* († 1783) Com- atio de scriptis Tanguticis in Sibiria repertis, et loca, ubi illa scripta reperta sunt, accu- describuntur, et ipsorum scriptorum ratio ur, et unius folii Tangutici interpretatio, ad m. M. immortalis gloriae imperatorem, Pa- ssa, fide carere probatur. *Petropoli* 1747. 4.

cos et Mongolos ita, ut apud R
Latina, pro ſacra habetur, et
plus patria valet. Ut autem i
tione Ruſſis ad Tatarorum ſac
tuerit aditus, tenendum, ſi re
impetratur, ſacrificulos primos e
coniiciant, qui adeo, cum
ſecum auferre aut nolint, aut
deſerunt ſacris rebus et ſcriptis
ut Ruſſi in Sibiria ad Irtin flu
riora Calmucci quondam habi
bello devaſtatas aedes offender
ne prohibente, ingrederentur e
tum vellent, aſportarent. Va
aedes auctor deſcribit; in prim
Ablakitanis, unde plus quam
rum Tanguticorum et Mongol
tuor imagines idolorum, in aſſe
tabulas ligneas, litteris Mongoli
olim libris excudendis inſervie
cepit, et technophylacio Imper
porro de ſacrariis ad Jeniſeam

). IOANNIS GEORGII GMELINI, *Chemiae* Gmelin.
. nat. Profeſſoris (poſt reditum in patriam
oris Chemiae ac Botanices Tubingenſis
5) Flora Siberica, ſive hiſtoria plantarum
e. Tomus I, continens tabulas aeri inciſas
aginta. *Petropoli* 1747. 4. — Opus hocce,
e naturali ſacrum hoc loco commemora-
propterea quod auctor, de rebus Sibiricis
taliter meritus, in praefatione ampliſſima
num Sibiriae regnum deſcribit, flumina,
tractus montium, campos et terrae potiſſi-
varietatem, annotat, quo cognoſcamus,
variae plantae ibidem creſcant. In primis
ic notatu digna videtur deſcriptio, qua
Europae limites ex obſervationibus hiſto-
turalis poſuit, quamque poſtea omnes geo-
melioris notae tanquam veriſſimam ſecuti
Quibus praemiſſis, itineris ſuſcepti rationem
, et oſtendit, quasnam Sibiriae partes per
annos peragraverit, et paucas tantum ad-
s alii itineris ſocii perluſtraverunt. Iter
n opere ſequenti, cum inſtituto noſtro
iore, deſcribitur.

GE. GMELIN'S *Reiſen durch Sibirien von*
r 1733 *bis* 1743. Goettingen 1751-1752.
. in 8 mai. Cum figg. aen. Et in collectione
. Goettingenſi T. IV. V. VI. VII. Epitome
cum in collectione itiner. Prevotiana T. XIX,
collectione itiner. Berolin T. III. *Belgice*
erfelt, Harlemi 1753... Epitomen *Franco-*
exhibuit anonymus in collectione itiner.
modo memorata, atque *de Keralio*, arche-
ere mutilato et detruncato, *Pariſ.* 1767.
n 12 mai. — Petrus I, Ruſſiae imperator,
lufferat, quo experiri voluerat, numne
circa Sibiriam verſus Iaponiam ac Sinam

rium Gmelini varietatem rerum
mam prae ſe fert, cum ille
pericula ſibi ſociisque itineris
ſed etiam quae ad terrae fertili
locorum notitiam, incolarum
dinas, animalia rara, commercia
ſtudioque ſingulari, candore ac
ſervaverit litterisque mandaveri
adiectas videmus tres tabulas ge
que unam, iter auctoris repra
tas quidem ex Atlante Ruſſico
centiſſimo, at valde emendatas
mina tria poſteriora magis h
quam doctis ſcripta videntur: n
moratu digniſſima quo minus e
tus fuit ab academia Petropolita

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1751.
p. 341 ſqq. 525 ſqq. 1037 ſqq.

Müller. GERARDI FRIDERICI MUI
birskago — Kniga I. Petrop. 175
4. Sibiricae huius hiſtoriae to
Ruſſice ſcriptum poſterior haud

mo veritatis et ἀκριβείας ſtudio opus quidem
ctum ab auctore laborum patientiſſimo ſub-
que neceſſariis inſtructiſſimo: at cum extra
m viventibus id ipſum nimis fere diffuſum
tur, bene actum, quod iſte IOANNI EBER-
DO FISCHERO, ſupra a nobis memorato, a. Fiſcher.
negotium epitomen elaborandi mandaverit;
ex parte iſta prima typis expreſſa atque e
Mulleri manu ſcriptis, operi continuando
tis, compoſita anno demum 1768, nomine
iano ſuppreſſo, hoc titulo prodiit: *Sibiriſche*
chte von der Entdeckung Sibiriens bis auf die
rung dieſes Lands durch die Ruſſiſche Waffen,
Verſammlungen der Akademie der Wiſſenſchaf-
gelesen, und mit Genehmhaltung derſelben ans
geſtellt von IOHANN EBERHARD FISCHER,
beſagter Akademie, Profeſſor der Alterthü-
der Geſchichtkunde etc. St. Petersburg 1768.
in 8 mai. Cum duabus mappis geogra-
Sibiriam veterem repraeſentantibus. Quin-
is opus abſolvitur, comprehendens tan-
do tempus annorum CLX; hiſtoria nimi-
incipit ab initio ſaeculi decimi quinti, quo
penitior Sibiriae notitia fiebat, et usque ad
1660 excurrit. Continuatio promiſſa non-
quantum ſcimus, in lucem edita. Res qui-
traditae praeſtantia et utilitate minime carent:
us dicendi, quo exhibentur, horridum eſt
putidum; orthographia plane ſingularis.
o minime praetereunda eſt Fiſcheri intro-
paginis 167 prioribus praemiſſa; quippe
ſtuntur critica varia ſuper gentium, Sibiriam
ntium, origine ac cognatione. Cum quibus
a conferenda ſunt, quae *Schloezerus* ordine
e iudicioque ſubactiore tradidit in *Proben*
der Annalen p. 100—124. Idem epitomen

huius introductionis eximiam, adſperſis
tionibus, propoſuit hoc titulo: *Allgemein*
der Aſiatiſchen Nordens, in Fortſetzung der
nen Welthiſtorie (Hal. 1771. 4.) T. XXXI
436. Anglus, GUIL. COXE, operi, ali
ſendo, de novis Ruſſorum repertis inter
Americam (1780) quoque epitomen inſe
iecit Fiſcherus introductioni genealogia
rum, quibus populi Sibirici utuntur, pa
dem diverſas ab iis, quas Strahlenberg
pius commemorato ſubiunxit. Verſio ope
prodiit *Petropoli* 1774. 4.

Cf. (MEUSELII) *Betracht. über die ne*
Schriften T. I. p. 463—472.
BUESCHINGS *Beyträge zu der Lebe*
denkwürdiger Perſonen T. III. p. 143.

Müller. GERARDI FRID. MUELLER *Nachr*
der Handlung in Sibirien; in eiusd. *Samml*
ſcher Geſchichte T. III. P. V et VI (1760
ſolito h. e. egregie auctor pertractavit r
catoriam incolarum Sibiriae cum populis
Praecipue digna lectu eſt deſcriptio merc
bus negotiatores mutuo utuntur.

Bell. JOHN BELL'S D'ANTERMONY *Tra*
St. Petersbourg in Ruſſia to diverſes part
Glasgow 1763. II Voll. in 4. *Francog*
titulo, e quo ſimul argumentum operis cc
Voyages depuis St. Petersbourg en Ruſſie d
ſes contrées de l'Aſie, à Pekin à la ſuite de l'
envoyée par le Czar Pierre I, à Kamhi,
de la Chine, à Hiſpahan en Perſe avec l'Am
du même Prince à Schach Huſſein, Sophi
à Derbent en Perſe avec l'armée de Ruſſie c
par le Czar en perſonne; à Conſtantinople p
du Comte Oſtermann, Chancelier de Ruſſie,
Rondeau, Miniſtre d'Angleterre à la Cour

*y a joint une deſcription de la Sibérie et une Carte deux routes de l'auteur entre Moſcow et Pekin. duits d'Anglois par M**** (Eidous); *avec des rques hiſtoriques, geographiques etc.* à Paris 6. III Voll. in 12 mai. *Ruſſice* e verſione Fran-illica a *Michaële Popow*, Petropoli 1776. III . in 8. — Mentio operis brevis et manca a nobis facta (Vol. I. P. II. p. 62). Idem vero loco commemorandum, quod auctor plures iae Aſiaticae regiones obierit atque deſcripſerit: cipue vero propterea, quod nemo Sibiriae de-tionem ſingularem mappamque geographicam, epigraphe verſionis Francogallicae mentitur, rat. Itinera ipſa inſtituta ab a. 1714 usque ad). Ex quo tempore multa, ab Anglo relata, s exactiusve innotuerunt. Haud tamen pro-ontemnendum eſt eius diarium, iis certe locis, s aliorum relationes, de rebus mirabilibus dubiae fidei confirmentur. Paſſim credulitate are videtur.

Chappe d'Auteroche.

Abbé CHAPPE D'AUTEROCHE, *de l'Académie le des ſciences de Paris* († 1769 in California) *ge en Sibérie, fait par ordre du Roi en* 1761, *nant les moeurs, les uſages des Ruſſes et l'état il de cette puiſſance, la deſcription géographique eivellement de la route de Paris à Tobolsk; l'his-naturelle de la méme route; des obſervations aſtro-iques et des experiences ſur l'electricité naturelle. chi de cartes géographiques, de plans, de profils rreins; de gravures qui repreſentent les uſages des es, leurs moeurs, leurs habillemens, les divinités Talmouks, et pluſieurs morceaux d'hiſtoire naturelle.* ris 1768. III Voll. in 4 max. Cum volumine darum geographicarum et topographicarum IX). Epitome operis prodiit *Amſterd.* 1769. Voll. in 8. Cum figg. aen. *Anglice*, omiſſis obſer-

Sibiria, ſed etiam in aliis Ruſſiae
itinere vidit audivitque, in diariu
tiasque pueriliave haud raro typi
fert tamen varia haud contemn
deſcriptionem urbis Tobolſcii.
non progreſſus eſt; de reliquis
terrae tractus partibus narrat
bergio, Gmelino, aliis. Abeſt
permulta v. c. quae de religione
de ſtatu litterarum artiumve, a
rum in Ruſſia tradit. Scitu dig
ſunt, quae de Calmuccis Dſong
lumen ſecundum ſ. Tomi primi p
prehendit auctoris obſervationes
maticas et geographicas. Volum
plectitur opus ἀλλοτριον, ſcil. v
gallicam deſcriptionis Kamtſchatk
ſchennikow; de quo poſtea.

Cf. de volumine primo KYRING
tereriana T. XIV. p. 205—239.
HALLER in *Goetting. gel. Anzeig*
p. CLXIX—CLXXIII. CLXXX

Contra opus hocce anonym

s in Ruſſiam eiusque incolas, quorum linguas calluit, et qui benigne ſatis eum exceperant. it praeterea nonnulla, quibus, ſine ratione cogalli habita, commode uti poſſis.

Goetting. gel. Anzeig. a. 1772. p. 117 ſqq.

L. ERICH LAXMANN'S, *Predigers bey der* Laxmann. *hen Gemeine zu Barnaul auf den Kolywaniſchen werken in Sibirien*, Sibiriſche Briefe, *herausgevon* Auguſt Ludwig Schloezer — *Goettingen Gotha* 1769. 8. — Maxima harum epiſtolapars ad hiſtoriam Sibiriae naturalem ſpectat. ęta tamen ſunt quaedam de lingua Tangutica betana. Editoris et *Ioh. Beckmanni*, Conſil. st Prof. Goettingenſis, notae haud vilis pretii

THESBY DE BELCOUR, *Lieutenant-Colonel* de Belcour. *anterie*) *Relation ou Journal d'un Officier Franes ſervice de la confédération de Pologne, pris es Ruſſes et relégué en Sibérie.* à Amſterd. 1776. *heotiſce*, Amſterd. (ſ. potius Lipſ.) 1776. 8. — tor, per tres annos captivus in Sibiria, Toi praecipue, detentus, nonnulla quidem tradit digna: plura tamen, quae nemo, paullo intior, credet. Bilis atrae plurimum contra Ruſſeffundit.

Eigentliche und richtige Beſchreibung des neuen Anonymi *des und Königreichs Sibirien, wie ſolches unter* deſcriptio *Waſiliowietſch, Zaren und Groſsfürſten von* Sibiriae. *Ruſsland, Botmäſsigkeit gekommen. Nebſt der ation aller nordöſtlichen Tatarn, Mungalen, Bogen, Dutſcherzen, Giläcken, Tubiner, Koldommer, mer, Tangutiner, Kirgiſen, Lopianen, Muastzer, mer, Sibirer, Kolmacken, Kalmücken, Oſtiaken, ojeden, Baſkiren, Tſcheremiſſen, Mordwiken. Aus m der Churfürſtl.* (Brandenburgiſchen) *Bibliothek*

Kraſche-ninnikow. STEPHANI KRASCHENINN
Zemli Kamtſchatki ſotſchinennoje.
1755. II Voll. in 4. Cum figg. aei
miſere truncatum et deturpatum
dio *Iacobi Grieve*, Doctoris medici
verſati, *Lond.* 1764. 8. Cum figg
verſione orta eſt *Theotiſca*, auctor
qui Anglum paſſim e ſcriptis M
mum caſtigavit, *Lemgov.* 1766. 4
aen. *Francogallice* a *M. A. Eidous*
II Voll. in 12 mai. Verſio longe m
que archetypum Francogallice ſiſ
quam volumen tertium itinerarii
roche conditi, modoque a nobis
quidem titulo: *Voyage en Sibérie*,
ſcription du Kamtchatka, où l'on tro
et les coutumes des habitants du Ka
Géographie du Kamtchatka et des pa
III. les avantages et les desavantages
IV. la réduction du Kamtchatka pa
révoltes arrivées en differents temps, e

ctor ſocius itineris ſupra commemorati, a Gme- et Mullero ſuſcepti, fuit, inſtructus miſſusque is in peninſulam Kamtſchatka a. 1736; com- atus ibidem usque ad a. 1741. Hocce tem- is intervallo omnem iſtam terram tetricam io indefeſſo peragravit, cuſtoditus a Coſacis, rpretibusque neceſſariis ſociis; ſimulque venia eſt, qua omnia ſcripta publica ſibi inſervien- perluſtrare licuit. Poſt reditum collecta in or- m redegit, Stoelleri etiam uſus relatione, de poſtea; ipſe opus typis mandavit, paeneque lutum vidit; reliqua, auctore a. 1755 mortuo, vit *G. F. Muller*, qui et praefationem praefixit que tabulas geographicas addidit. Opus ipſum lvitur quatuor partibus. Prima ſiſtit deſcriptio- Kamtſchatkae finitimorumque littorum et in- rum, v. c. Kurilium, geographicam; ſecunda riam naturalem; tertia incolas eorumque mo- quarta occupationem peninſulae a Ruſſis, ſta- que civilem.

Goetting. gel. Anzeig. a. 1764. p. 1020 ſqq. a. 1766. p. 689—694. a. 1770. *Zugabe* p. CXCIII-CXCVII.

GEORG WILHELM STELLERS (ſ. potius Stoeller. OELLERS) *geweſenen Adiuncti und Mitglieds der ſerl. Academie der Wiſſenſchaften zu St. Peters- g, Beſchreibung von dem Lande Kamtſchatka, ſen Einwohnern, deren Sitten, Namen, Lebensart d verſchiedenen Gewohnheiten, herausgegeben von* B. S. (Ioh. Bened. Scherer, olim Petropoli, Ar- ntorati hodie vivente). *Mit vielen Kupfern* (XIII). ankf. und Leipz. 1774. 8 mai. — Stoellerus a. 38 ab academia Petropolitana miſſus, ut Gme- ocius eſſet, qui vero, ut et Mullerus, eius o, Kamtſchatkam viſendi atque ſcrutationes cheninnikovii continuandi, potiſſimum hiſto- naturalis inveſtigandae cauſſa, reſpondit.

Anno

Kamtſchatkae deſcriptione Stoeller
uſum fuiſſe, a nobis modo dictu
in Stoelleri libro nunc typis in
quae, ſi Kraſcheninnikovium co
viſſes. Figurae etiam aeri inciſae
ſi excipias, non ſunt novae, pr
expreſſae. Inſunt nihilo minus li
obſervationes nonnullae, quas i
fruſtra quaeſiveris, iudicia potiſ
Ruſſorum crudelitate et aviditat
peninſulae preſſerunt maximamq
ſtinxerunt. Melior forte atque c
Liber prodiiſſet, auctor ipſe eiu
rare potuiſſet. Unde et quomodo
graphum, typis a ſe mandatum, a
mus; ipſe hac de re tacet. Utilen
dicem, antea non evulgatam, n
MULLERI geographiam ſtatumque
ſchatkae, ex relationibus variis ſ
collectam Jakuzkii a. 1737.

Cf. BUESCHINGII *wöchentl. Nac*
p. 163 ſqq. et p. 185 ſqq.

uam ſocietas Ruſſica libera, Moſcuae flo-
commentariis ſuis (*Opyt tradow wol' nago*
o Sobranija P. I. p. 195—215. Moſcuae
vulgavit. Verſio *Theotiſca*, ſed manca,
St. Petersburgiſchen Journal a. 1776. Apr.
25. Exactiorem exhibuit *I. C. Loder* in
:ri *Briefwechſel* T. I. p. 342—356. Schma-
ationem ſcripſit a. 1773. Agit praecipue
nerciis ac de incolarum frequentia valde

✻ ✻ ✻

ANN BERNHARD MUELLERS, *königl.* Müller.
hen Dragoner-Capitains, Leben und Ge-
n der Oſtiaken, eines Volks, das bis unter
arctico wohnet; wie ſelbiges ſeit Anno 1712
Heydenthum zur Chriſtlichen Griechiſchen
gebracht worden; mit etlichen Anmerkungen
igreiche Siberien und dem Freto Naſſovio
ligats; in der Gefangenſchaft beſchrieben.
20. 8; et in Frid. Chriſti. Webers Verän-
ſſland T. I. p. 169—214. Auctor quae
rvavit, narrat; et capite quidem primo de
natura ac indole, atque de origine Oſtia-
ſecundo, de eorum moribus; tertio, reli-
quarto, converſione ad religionem Grae-
latio ab auctore a. 1716 Petropolin miſſa.
ſter Staat von Caſan, Aſtracan, Georgien, Neueſter
r andern dem Czaren, Sultan und Schach Staat v. Ca-
und unterthanen Tartarn, Landſchaften ſan etc.
inzien. Nürnberg 1723. 8.
ISTI. SCHOETTGEN de Tobolenſium Schoettgen.
s. Dresdae 1729. 4.
RDI FRID. MULLERI *Nachricht von* Müller.
Gebiete der Stadt Caſan wohnhaften heid-
Völkern, den Tſchiremiſſen, Tſchuwaſchen
und

und Wotiaken; in eiusdem *Sammlung Ruſſiſcher Geſchichte* (St. Petersb. 1759. 8.) Vol. III. P. IV. p. 305-412. Auctor a. 1733 cum Caſani eſſet, atque in ulteriore itinere inde ab hac urbe usque ad urbem Tobolsk, collegit, quae ad hanc relationem elaborandam facere poſſent. Ipſe plura vidit; multa ſedula inveſtigatione vel a populis iſtis ipſis vel per interpretes fide dignos comperit. Mores ac conſuetudines potiſſimum exponuntur.

P. Rytſchkow. PETRI RYTSCHKOW, Conſiliarii ſtatus Ruſſici et ſocii acad. ſcient. Petropol. *Topografija Orenburghſkaja, to eſtj, obſtojateljnoe opiſanie Orenburghſoj Ghubernii* — Petropoli 1762. II Partes in 8. Cum IV tabulis geographicis. Particulatim antea opus prodierat in commentariis menſtruis Petropolitanis. *Theotiſce* hac epigraphe: *Orenburgiſche Topographie, oder ausführliche Beſchreibung des Orenburgiſchen Gouvernements — überſetzt von* M. Chriſtian Heinrich Haſe — in Büſchingii *Magazin für die neuſte Hiſtorie und Geographie* T. V. p. 457—530. T. VI. p. 473—516. T. VII. p. 1—188. (1771—1773). Cum II tabb. geogr. Aliam verſionem Theotiſcam eodem fere tempore exhibuit *Iacobus Rodde*, interpres linguae Ruſſicae Rigenſis, *Rigae* 1772. II Partes in 8. Cum IV tabb. geogr. — Propria experientia edoctus fontibusque limpidiſſimis inſtructus auctor primus erat, qui accurate, docte, ſtudioque haud vulgari deſcriberet ampliſſimam provinciam imperii Ruſſici, quippe cuius circuitus paene DCCC milliaribus Theotiſcis abſolvitur, quamque undecim populi diverſi inhabitant. Pars prior habet ſex capita, de nominibus, finibus ac viciniis, diviſione, incolis, hiſtoria naturali, atque commerciis terrae Orenburgicae. De Calmyccis potiſſimum multa nova memoriaque digna narrantur. Scitu etiam iucundiſſima relatio de commerciis

ciis. Pars poſterior integra geographici ac to-
aphici argumenti eſt. Regiones locaque ſin-
ſumma cura deſcribuntur, admixtis obſerva-
ibus, hiſtoriam naturalem gentiumque illuſtran-
. Pars tertia, quam Rytſchkovius promiſerat,
ium, quantum meminimus, prodiit.

(SCHLOEZER) in *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1766.
p. 217—230. 249—254. 284—288.
CMEISTER *Ruſſ. Bibl.* T. II. p. 105—111.

Rytſchkow. Ifusd. *Opiit Kazanſkaj Iſtorij drewnich i ſred-*
wrenijan. Petropoli 1767. 8. *Theotiſce* a *Iacobo*
de — Rigae 1772. 8. — Specimen hocce
riae regni Caſan veteris ac medii aevi, hau-
ex annalibus Caſanicis ineditis, ex mente
ris ſequi debeat amplior hiſtoria, nondum
ta. Capite I agitur de incolis regni Caſanici
ribus (minus quidem critice); II de urbibus
um Bulgarorum earumque ruderibus; III de
tio Tatarorum in regionem iſtam; IV de ori-
urbis Caſan; V—XII de bellis Ruſſorum
Caſaniis, inde ab a. 1376 usque ad a. 1552;
de archiepiſcopis Caſanicis; XIV de ſitu ſta-
e hodierno urbis Caſan. Appendix ſiſtit or-
coloniarum Ruſſicarum per littora fluminis
tka.

(SCHLOEZER) in *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1769.
p. 1340—1349.
CMEISTER l. c. p. 384 ſq.

N. Rytſch-kow. *Dnewn' iija zapiſki puteſcheſtwija Kapitana* NI-
KAJA RYTSCHKOWA *w' Kirghiſ-Kaiſatzkoj*
ſ. 1771 *ghodu.* St. Petersb. 1772. 4. *Theotiſce*
Henr. Haſe, qui et annotationes adiecit; in
hingii *Magazin* T. VII. p. 417—474; et in
dem Rytſchkovii itinerario ab eodem Haſio
1774). Theotiſce reddito; de quo alibi. —

Quum

ſertum ſulps Colacorum, Kirgi
deſcripta. Cf. de emigratione iſta
lungen hiſtor. Nachrichten über die
T. I. p. 88 ſqq. Cf. et Büſchingii
p. 78 ſqq.

Cf. BACMEISTER *Ruſſ. Bibl.* T.

P. Rytſchkow. PETRI RYTSCHKOW *Wedem*
Topografii, predſtawljajuſchtſchee u
razn' iija izwjeſtija o drewnem' J
bernii i obitawſchich' w' nej narad
o pokorenii ſego tzarſtwa pod' derz
Monarchow'. Petſchatano pri Im
ſkowſkom' Univerſitetje 1774. 8. —
introductio in hiſtoriam regni A
auctor meditabatur, quae vero, q
Catharinaburgi e vivis decederet,
certe hucusque non edita fuit.
obſervationes de vetere ſtatu inc
regni Aſtracani proponit, atque
modo idem Ruſſorum ditioni ſubi

Cf. BACMEISTER *Ruſſ. Bibl.* T. V

Leontiew. LEONTIEW *Uwjedomlenie o b*

ı Sinica Manſchurice ſcripta hauſiſſe, qua
ı de bello iſto ampliſſimum conderetur.
imperator Sinarum, in praefatione obſer-
:s ſuper bellum iſtud exſeruit, nec tamen
:orem diarii profitetur. Appendicis loco
ᵉ ſunt ex alia hiſtoria Sinica tres tabulae
ıgicae Chanorum Mongolicorum.

ACMEISTER *Ruſſ. Bibl.* T. V. p. 355—360.

✲ ✲ ✲

c quoque referenda ſunt itineraria GMELI-
ioris, PALLASII, LEPECHINI, GEORGII,
ıque: quia vero non ſolum Ruſſiam Aſia-
lluſtrant, ſed etiam Europaeam, in capite
ptoribus rerum Ruſſicarum de illis refere-

runt. *Scythia* ac *Scythi*, *Cimmeria* et *Ci*
perborei, et *Gomerii* adeo iis erant vera
rantiae. Quum igitur ipſi notiones de
et gentibus Scythicis confuſas tenebr
meriis ſimiles habuerint; quid, quaeſo,
aut iudicandum de conatibus recenti
tenebras iſtas diſcutere auſi ſunt? Lu
huius generis vaniſſimae nobis videntu
fructuoſius operam animique et ingenii
locaſſent in eruendis argumentis, funda
nus fallacibus nixis! At, quid hae
Demus potius pro inſtituti ratione indi
qui in piſtrino Scythico deſudarunt.

Loccenius. IOHANNIS LOCCENII (*Profeſſoris et iuris civilis atque hiſtoriographi Suecici* 1677) Diſſertationes duae: I. de Scythi eorumque ortu, propagatione, forma ac fortitudine; II. de Suecis ac Gothis eorumque politia. *Upſal.* 1628. 8.

Sagittarius. CASP. SAGITTARII Exercitatio in ſtorici Lib. II. Cap. I. *Ienae* 1677. 4.

Eiusd. Exercitatio ad Iuſtini Libri II

Scythis narrat, philologice et hiſtorice explicatur. Allotria haud pauca admixta ſunt.

GEORG. CASP. KIRCHMAIERI, *Prof. Hiſtor.* *bergenſis*, diſſertatio de lingua vetuſtiſſima Europae Scytho-Celtica et Gothica. *Viteb.* 1686. 4. *Praeſid.* Paralleliſmus et convenientia XII linguarum ex matrice Scytho-Celtica Europae, a Iapeti filiis vindicatarum. *ibid.* 1697. 4. Kirchmaier.

NICOLAI SALANI diſſertatio de gladio Scytharum. *Upſal.* 1691. 8. Salanus.

OLAI CELSII diſſertatio de Anacharſide Scythe. *Upſal.* 1712. 8. Celſius.

FABIANI TOERNERI Saturnalia Scytho-Romana. *Upſal.* 1726. 8. Toerner.

MATTHIAE BELII Specimen de bellis et populis Scytharum; in *eiusdem* Hungariae antiquae novae prodromo (*Norimb.* 1723. fol.) p. 5-25. Bel. critica non ſatis iuſta auctor uſus eſt, ut ante Bayerum.

THEOPHILI SIGEFRIDI BAYERI Oratio de Scythis et priſcis ſedibus Scytharum; recitata in Academia ſcient. Imperiali Petropolitana a. 1726; Bayer. expreſſa in *Commentariis huius Academiae* (Comp. 1728. 4.) T. I. et in Bayeri Opuſculis a Bayero (Halae 1770. 8 mai.) editis p. 63 — 73. — Hic primus fuit, qui res Scythicas rite arte critica vera inſtructus tractavit. Haec et antecedentes diſſertationes mira et iucunda eruditione Scythicae acumineque vere critico, ut omnia Bayeriana, elaboratae ſunt. Ante omnia ſibi cavendum exiſtimavit ab errore, omnibus fere, qui de rebus Scythicis commentati fuerunt, communi, quo omnium nomen Scythicum, vaſtiſſimis quoque terris, extenderunt, gentesque inter ſe invicem diſparunt. Ideoque nequaquam ex Scytharum nomine Sarmaticas, Ruſſicas et Slavicas gentes, aut

cum veteres varias diversasque
appellaverint? — id tamen argum
bus conilci poſſe, maiores eoru
deſcendiſſe, ac demum inſtántibus
mare Caſpium, Septentrionem ve
gam, Maſſagetas iuxta et Iſſedona
lam apud Herodotum de Targit
patre, Iovis et Boryſthenis flun
inde originem traxiſſe arbitratur.
thicam caput tollere circiter A.
annis 1514 ante epocham Dionyſ
tempore ſervitutis Iſraëlitarum in
xem, ultra quem priſca fuerit Sc
non eſſe iſtum Mediae Araxem,
putaverit, ſed Volgam, cui vetuſti
nomen Araxes ſive Rus, Ros
eundem hunc eſſe Araxem, ad qu
rem geſſit contra Maſſagetas; et q

Eiusd. Diſſertatio de Scythiae
ſub aetatem Herodoti, recitata a. 17
Acad. Petrop. l. c. et in Opuſc.
In definiendo Scythiae ſitu, ut et
gionibus ſingulis populis aſſignand

a usque ad Darii contra eos expeditionem aviſſe: ſub hanc vero regiones inter Boryſthe-a et Tanaim Scythas tenuiſſe; ipſamque de-m Scythiam poſt diligentem dimenſionem et aputationem ſtadiorum atque dierum intra 45 7 gradum longitudinis, et 47 et 55 latitudinis lum ſitam fuiſſe. Dein recenſentur flumina, e ex Scythia decurrunt in Iſtrum. Poſtquam ia, flumina, montes, quos ſine nomine Hep-tus deſcribit, ſuis in locis terminare ſtuduit; git his adiumentis ad adſcribendas ſuis regioni-gentes. Adiecta eſt tabula geographica.

Eiusdem diſſertatio de Cimmeriis, recitata a. 7; in *Comment. Acad. Petrop.* T. II (1729); et Opuſc. p. 126—137. — Bonum Bayerum ne dicas de lana caprina diſputaſſe. „Cimme-os a Gomeritis dictos fuiſſe, admodum proba-le eſt, aut plane paratus ſum deierare, unde di ſint, non liquere.“

Eiusdem Chronologia Scythica vetus; in *Com-t. Acad. Petrop.* T. III (1732); et in Opuſc. 137—182. — Bayerus Herodotum ſemper ſe ſequitur, reiiciens teſtimonia ſcriptorum iu-rum. Scythas, urgentibus a tergo potentiori-populis novas ſedes traiecto Volga quaeſiviſſe, ſisque Cimmeriis, regionem omnem a Tanai Boryſthenem occupaſſe, ante iam probare ſtu-rat. Nunc id agit, ut, in quam aetatem haec tharum in Cisvolganas provincias impreſſio idat, explicatum habeamus. Ut vero explica-temporum ordinibus, uno in conſpectu omnia eremus, totam illam chronologiam in tabula eroſe confecta exhibuit; tum quibus rationibus ſus fuerit, oſtendit. Momenta ad hanc chro-logiam conſtituendam neceſſaria auctorem ad ſſionem regum Mediae, Lydiae et Aegypti

mirince erraſſe circa litum Ponti E
quem propinquum invicem eſſe
mabat, multosque alios errores e
manaſſe, oſtenditur. Omittimus
ipſo haurienda.

Eiusd. Converſiones rerum S
poribus Mithridatis Magni et pa
datem; in *Comment. Acad. Petrop*
et in Opuſc. p. 220—268. — P
tur duce Strabone, cui in Mit
multum tribuit: modo, addit, no
tantas tractaſſet, quod condonari
gumento verſanti, niſi etiam conſi
tractaſſet, quo vitio in toto opere
Auguſtum Caeſarem, primo ante
ſaeculo, in Scythicis campis freq
nomen, quam Scytharum fit. Q
defertur ad Othinum eiusque
ſeptentrionales regiones, quam in
thicisque turbis contineri ſentit. I
Othinum ſpectantibus, nos alibi.
coniectura de nomine Balthici mar

eusdem Diſſertatt. acadd. (*Lipſ.* 1737. 4.) p. 453-
;. Vix digna, doctrina Dithmari alias ſatis
bata.

FRERET *Mémoire ſur les Cimmériens, et princi-* Freret.
ment ſur la partie de cette nation qui habitoit au
d du Danube, et à l'Occident du Pont-Euxin
5); in *Mémoires de l'Acad. des Inſcript.* T. XIX.
77 — 632. Breviter deſcribit auctor Iſtri ſ.
ubii curſum; inveſtigat veteres eius accolas;
que demum agit, duce Herodoto, de Cimme-
ripas Danubii, littora Ponti Euxini, atque
ſoneſum Tauricam inhabitantibus, et de eo-
fatis. Francogallus doctiſſimus coniecturis
dat.

. W. B. (FERDINAND WILHELM BEER, Beer.
ſſoris Erfordienſis † 1760) *Verſuch einer Er-*
rung der von dem Herodotus und Plinius gege-
Beſchreibung des alten Scythiens und einiger
ihnen angeführten Scythiſchen Wörter und Ge-
e; in *Sammlung von Erläuterungsſchriften zur*
. Welthiſtorie herausgegeben von S. I. Baum-
n (*Halle* 1750. 4.) T. III. p. 1-102. — Poſt
rum Beerius res Scythicas acutiſſime ſcruta-
eſt. Primum illuſtrat Herodoti relationem de
hia, deinde nonnulla vocabula ritusque Scy-
um, denique Plinii de Scythia narrationem.
ero in aliis accedit, in aliis ab eo recedit.

. WALLENSTRÅLE Diſſertatio de confinibus Wallen-
this Getisque Herodoti. Upſal. 1757. 4. ſtrâle.

DE GUIGNES *Mémoire dans lequel on entre-* de Guignes.
de fixer la ſituation de quelques peuples Scythes,
il eſt parlé dans Herodote, et de recherches, ſi
ps de cet Hiſtorien on connoiſſoit la Chine; in
de l'Acad. des Inſcript. (1766) T. XXXV.
— 572. — Auctor potiſſimum examinat,

quae Herodotus de Scythis Aſiaticis tradit, eorumque ſedes inveſtigare ac figere ſtudet. Quo in negotio vir doctiſſimus a Sinis ſuis, quos unice odorare ſolet, in coniecturas temerarias eumque varios ſe abduci paſſus eſt. Quod mirum in tanta doctrinaeque apparatu vaſtiſſimo demonſtravit Deguignefii collega, ſaepius a nobis commoratus, diſſertatione ſequenti:

omnibus ab ipſo recognitis, *Romae* 158
ſex priores tantummodo in hac collectio
Omnes duodecim exhibiti *Florent.* 1591
1616. 4. Additae ſunt his editionibus
notae *Roberti Titii*, qui Virgilio Angeli
bat vel praeferebat. Verſio libri primi
in *Bernhardi Filippino Verſi e Proſe*, Ro
Accoltum quoque maxime ſecutus eſt

Meibomius. HENRICI MEIBOMII, ſenioris, C
ad hiſtoriam belli ſacri; cum (*Alberti*
Chronico Hieroſolymitano, ſupra me
Reinero Reineccio edita, *Helmſt.* 1584.

Meſſi. ANTONIO MESSI, *Fiorentino, Br*
zione dell' acquiſto di Terra Santa; ove ſi
tutte le coſe occorſe dal principio della gue
fino che il duca Goffredo fù fatto rè: e
e ſtate del regno Gieroſolimitano. Firenze

Paſquier. ESTIENNE PASQUIER *des Croiſade*
fruits nous avons rapportés des Voyages d'
in eiusd. *Recherches de la France* (à Paris
et deinceps aliquoties) *Liv.* VI. *chap.* 25

d'Oultre-man. PIERRE D'OULTREMAN, *Jeſuite*,

ſuite généalogique de l'Hermite, Seigneur de Soulier. à Paris 1645. 12. — Libellus, quem in deliciis ſolummodo habent, qui iisdem, quibus Petrus Eremita et Oultermannus Ieſuita, furiis fanaticis aguntur.

ARCHANGE DE CLERMONT (Monachi Franciſcani) *Hiſtoire des Croiſades;* in eiusdem *Traité du Calvaire de Hieruſalem et de Dauphiné.* à Lyon 1638. 8. Archange de Clermont.

IOH. HENRICI BOECLERI annotatio hiſtorica de Paſſagiis (ſ. expeditionibus cruciatis) ad orationem Aeneae Sylvii, ſuper hoc argumento Romae (a. 1452) habitam. *Argentor.* 1648. 4; et in *eiusdem* Diſſ. acadd. ibid. 1658. 8; ubi quaſi appendicis loco cum aliis legitur p. 1—55. Parte prima Boeclerus diſquirit, quid ſit Paſſagium; ſecunda, cauſſas Paſſagii; tertia, facultatem Paſſagii et ſpem ſucceſſus. Boecler.

THOMAE FULLER (D. Theologi et Carolo II, Regi Angliae, a ſacris domeſticis † 1662) *Hiſtory of the holy War.* Lond. 1651. fol. Fuller.

L'Hiſtoire politique d'Oultremer, tirée des Livres non encore imprimez, et des aſſietes et bons uſages de Hieruſalem etablis par Godefroy de Bouillon; in Phil. Labbe *Abrégé de l'Alliance chronologique* (Pariſ. 1664. 4.) T. II. p. 464 ſqq. Hiſtoire politique etc.

LUDOVICI MAIMBURGII (Ieſuitae † 1686) *Hiſtoire des Croiſades pour la delivrance de la Terre ſainte.* à Paris 1675. II Voll. in 4. ibid. 1676. IV Voll. in 12. ibid. 1681. IV Voll. in 12. Amſterd. 1685. IV Voll. in 12. à Paris 1686. II Voll. in 4. — Opus, libris XII diſtinctum, ut omnia Maimburgiana, lectu quidem iucundum dotesque hiſtoricas haud vulgares prae ſe ferens, praecipua autem, veritate puta, multis in locis deſtitutum. Maimbourg.

Hiſtoire

4. — Liber vix memoratu dignus.

Buddeus. IOH. FRANCISCI BUDDEI exerc
rico — iuris naturalis de expeditionil
ſeu bellis, quae religionis propagandae
piuntur. *Hal. Sax.* 1694. 4; et in eius
naturae et gentium (*ibid.* 1704. 8.) p. 9
tenus iuſta vel iniuſta talia bella ſint, c

Rechenberg. ADAMI RECHENBERGII diſſertat
expeditione cruciata; in *eiusdem* Diſſ. h
liticis (*Lipſ.* 1698. 8.) P. II. p. 474 — 5
tomen hiſtoriae expeditionis iſtius hau
temnendam et ex ſcriptoribus coae
auctor exhibet. Nec vulgari modo iu
tendum eſt, inquit p. 501, expediti
cruciatam inter omnes, quae a condi
ſceptae ſunt, maxime eſſe memorabil
Livium l. XXVIII admirationi fuit An
alieno in ſolo ex Afris, Hiſpanis, C
exercitum ita uno veluti vinculo copul
ut nulla inter ipſos, nec adverſus du
exſtiterit; cum et pecunia ſaepe in ſt
commeatus in hoſtium agro deeſſent.
feratur cum expeditione hac Chriſtiar

ùm ei cum unis Romanis, nondum certis
ıe dominis, fuit: et quod unum ſervare va-
ı corpus illud potuit, ipſe tot membris caput
nperator adfuit. Hic vero totius propemo-
ı occidentis populi omnes, lingua, habitu,
litione, ingenio, fine diverſi ex occidente in
ıtem, tanquam in alium orbem, peragrata
pa, per Germaniam, Hungariam, Bulgariam,
ıciam, Italiam, Apuliam, in Aſiam penetra-
ut Graecorum dolis, ita Turcorum armis
ı, ſuperata Bithynia, Piſidia, Lycaonia, Ci-
Cappadocia, Syria, Palaeſtina, tandem tot
votis expetitam Hieroſolymam obtinent:
ratis in eos, qui antea imperii aemulatione
in ſe converterent, Turcis et Saracenis non
aut provinciae aut urbis, ſed orbis, certe
propemodum totius viribus ſuccinctis et
er caetera zelo ſuperſtitionis accenſis; nullo
dio diverſis ducibus ſaepe inter ſe colliſis.“
duntur poſtea rationes huius expeditionis.

ANIELIS GUIL. MOLLERI D. de expeditio- Moller.
cruciatis. *Altorf.* 1709. 4. — Libellus or-
uidem ſat apto, perbreviter vero concin-
Syllabus ſcriptorum LII de expeditionibus
is adiectus, inter quos adeo *Moreri Diction.*
Hübneri hiſtoriſche Einleitung comparent.

AUDIUS FLEURY merito conſulendus, ubi Fleury.
peditionibus cruciatis ſermo; praecipue in
, quam praefixit tomo XVIII hiſtoriae
Francogallice ſcriptae. Primum iſte
1715; nec minus diſſertatio ſexta in
eius obitum facta et ſic inſcripta:
hiſtoire eccleſiaſtique (à Paris 1763.
ſqq.

ANI WIETROWSKI, *e Soc. J. S.* Wietrowe-
rthi-Epiſcopalis Conſiſtorii Pragenſis ki.
I. II. P. II. U *Aſſeſſo-*

à Leide 1747. II Voll. in 4 mai. —
de hiſtoria expeditionum cruciatarum
ſunt fideque minime digna. Vix enim
de prima iſtarum expeditionum, omn
memorabili, tam exiliter et imperfecte
nimirum folio res omnis decantatur. D
ris oeconomia cf. huius bibl. Vol. II. I

de Voltaire. FRANCISCI MARIAE AROUET
RE *Hiſtoire des Croiſades.* 175
Saepius poſtea in eius operibus iu
Theotiſce in verſione ſcriptorum V
minorum (*Roſtoch.* 1752. 8.) p. 235 —
lus lectu iucundiſſimus, fide indigniſſ

Robertſon. Longe digniora ſunt, quae GUILI
BERTSON, praepoſitus univerſitati
Edinburgenſis, in opere immortali:
of the Reign of the Emperor Charles V (
46 et p. 323 — 334 ſec. editionem ver
tiſcae alteram) non minus docte, qu
graviter de expeditionibus iſtis differui

Mailly. (. . . . MAILLY, Profeſſoris hiſt
vionenſis) *Eſprit des Croiſades, ou Hiſt*
et militaire des guerres entreprises par

nterpretatio ſatis vitioſa voluminis primi ac
li archetypi). — Opus diffuſum, magno
octrinae ac ſubſidiorum apparatu ſuſceptum,
continuatio hucusque fruſtra exſpectata ſuit,
: abſolvendo vix viginti volumina ſufficient.
praefixa eſt notitia ſcriptorum de expeditio-
cruciatis ſatis critica, quam paſſim non ſine
conſuluimus atque cum obſervationibus
contulimus. Sequitur index chronologicus
itorum, regum, aliorumque principum, qui
re primae expeditionis cruciatae in Aſia,
et Europa regnarunt. Quae poſtea in vo-
: primo integroque ſecundo ſequuntur, in-
tionis inſtar habenda ſunt. Status enim
et Europae civilis, religioſus atque domeſti-
te primam expeditionem, nimis paene dixe-
pioſe ſeu potius diffuſe, deſcribitur. Inſunt
obſervationes egregiae, quae et alibi uſui
ɔſſunt. Volumine tertio hiſtoria ipſa tandem
tur, quartoque deducitur usque ad annum
Sanum iudicium auctor, ſuperſtitionum ini-
in expoſitione rerum geſtarum ubique fere
t: paſſim tamen veritatis limites, vel negli-
abreptus, vel partium ſtudio occaecatus,
re videtur. Teſtes narrationis in margine
, more Francogallorum i. e. negligentiſſime
ſunt.

IOHANN CHRISTOPH MAIERS (educa- Maier.
ı domo quadam Germanica mercatoria Ve-
Verſuch einer Geſchichte der Kreuzzüge und
olgen. Berlin und Stettin 1780. II Voll. in 8.
, Amſtelod. 1783. 8. — Compilatio minime
bus, ſed ex libris quibusdam recentioribus
nisque corraſa, mendisque typographicis
eris contaminata.

IEUSELS *hiſtor. Litteratur* 1781. T. I. p. 167 ſqq.

SECTIO III.

Scriptores de expeditionibus cruciatis recentiores ſpeciales.

Molanus. IOANNIS MOLANI (*D. et Profeſſoris theologiæ Lovanienſis* † 1585) Militia ſacra Ducum et Principum Brabantiae; adiectae ſunt ad huius hiſtoriæ illuſtrationem annotationes M. Petri Louvvii, Sylvae ducenſis. *Antverp.* 1592. 8. — Editor libri eſt *Henricus Cuykius*, D. Petri Lovanii Decanus et univerſitatis Cancellarius; qui in dedicatione ad Senatum Regis Brabantinum docet, ſe poſthumum hunc laborem ob praeſtantiam ſuam edidiſſe. Integer tractatus capitibus LXXI abſolvitur. Altius repetit ex hiſtoria gentium variarum, quae ab earum principibus religionis cauſſa geſta fuerint bella. Ampliſſimum vero argumentum praebent expeditiones cruciatae Godofredi Bullionii, Balduini, comitum aliquot Flandriae, Henrici comitis Limburgenſis, Godofredi de Lovanio, huiusque filiorum, Godofredi III et aliorum. Inde quoque ſacram militiam Waltheri Berthouls, Domini Mechlinienſis, Henrici bellicoſi, Iohannis I, II, III, Wenceslai, Ioannis IV aliorumque Ducum Brabantiae perſequitur. Inter bella ſacra Caroli V, Imp. et Ducis Brabantiae, etiam bellum Smalcaldicum refert. Concludit tandem cum bellis Philippi II, Hiſpaniarum regis, in quorum numerum etiam bellum Belgicum retulit. Acceſſerunt in fine notae Petri Louvvii, quibus ſe Molanum ex Molano, reliquis ſcilicet eiusdem ſcriptis explicaſſe dicit. In iisdem ad praefationem monet, quis ſtatus antiquior fuerit Brabantiae ante Pipinum, primum Ducem. Reliquae notae plerumque ſunt breviores, ad illud potiſſimum directae, ut in quibusdam vel ſuppleant vel illuſtrent Molanum.

Cl.

(B. G. STRUVII) Bibl. antiqua a. 1705. p. 214 q.

INRICI MEIBOMII (*nepotis*) de Ducum Meibom. vicenſium et Lyneburgenſium contra Infi- Saracenos et Turcos a ſexcentis amplius expeditionibus cruciatis narratio. *Helmſt.* 4.

. IOH. FRIDERICI SCHMID Diſſertatio de Schmid. ci Leonis, Ducis Bavariae et Saxoniae, iti- Hieroſolymitano a. 1172 ſuſcepto cum comi- ominum 2000; ad Arnoldi Lubecenſis Lib. p. 3 ſqq. *Helmſt.* 1701. 4. — Commenta- t ſatis amplus in locum Arnoldi laudatum. noratur auctor praecipue in illuſtranda geo- a locorum, quae Henricus Leo in itinere Reliqua ſunt hiſtorica et genealogica, in- is teſtimoniis confirmata.

Hamburg. Bibl. hiſt. Cent. III. p. 266 ſqq.

AMI WILHELMI HENICHII de itineribus Henich. ſis quorundam Principum Guelphicorum in inam. *Eiusdem* de quorundam Principum hicorum in Palaeſtinam itinere armato et . *Helmſt.* 1724. 4. Cf. Annales Acad. Iuliae ti VIII. p. 199 ſqq. et Semeſtri IX. p. 22 ſqq.

* * *

s droits, autorités et prérogatives, que préten- Les droits *s Royaume de Jeruſalem les princes et ſeigneurs* etc. *ls et temporels de l'Europe.* à Paris 1686. 4.

* * *

HANNIS DANIELIS SCHOEPFLINI Com- Schoepflin. tio hiſtorica de ſacris Galliae regum in tem expeditionibus. *Argent.* 1724. 4; et inter Commentt. hiſt. et crit. (*Baſil.* 1741. 4.) -366. — Quatuor capitibus totum opuſcu-

praecipuorum ſcriptorum teſtim
indicat, Latinos ſcriptores in
Alexio affectui ſuo indulgere;
eum prorſus abſolvendum a perf
nec reticenda eſſe, quae Alex
irritarint, cruciatorum militum
quantum ſcimus, refellit eoru
Godofredum Bullionium perhibe
cruciatorum exercitui et ſummu
rium. Saladinum putat maximo
mero accenſendum eſſe; et quae

Lafiteau. *Hiſtoire de Jean de Brienne, R*
Empereur de Conſtantinople. à Paris
LAFITEAU, Ieſuita, imperium
hannis filius, e comite Campani
rator facti, iucunde magis, quam

Myrinus. ERICI MYRINI Diſſertatio d
ſtianorum in Paſſagiis. *Upſal.* 17

Änderungen der Staaten; in eiusdem con-
e introductionis Boſſuetianae in hiſtoriam
em (*Lipſ.* 1753. 8.) T. III. p. 708-720. —
ut vel ex paginarum numero exiguo
diſerte tamen, Cramerus mutationes re-
ium, in Germania et Itala potiſſimum
ibus cruciatis ortas, perſtringit.

DE GUIGNES *Mémoire dans lequel on examine,* de Guignes
*état du commerce des François dans le Le-
-à-dire en Egypte et en Syrie, avant les
s'il influa ſur ces Croiſades, et quelle a
nce de celles-ci ſur notre commerce et celui
ens en général;* in *Mémoires de l'Acad. des*
praelecta a. 1768, typis expreſſa a. 1774)
II. p. 467 — 527. Epitome exſtat in
e *l'agriculture, du commerce et des finances*
obre p. 87 — 98; quam *Theotiſce* reddidit
ng in *Gattereri allgem. hiſt. Bibl.* T. X.
3. — Praeclare doctiſſimeque auctor
orum conditionem ante expeditiones
lluſtrat, docetque, peregrinationes relli-
loca ſacra ſemper fere ſimul ad com-
i rectius inſtituendorum rationem ſpe-
ncogallos inde a tempore expeditionis
cui eorum rex Philippus Auguſtus in-
ires ſedes mercatorias in Syria habuiſſe;
Aegyptiacos commercia verſus Indiam
ſibi reſervaſſe; Venetos tamen et Ge-
dem divitias ingentes ſibi paraſſe; ea-
tum dediſſe potentiae reipublicae Piſa-
as expeditiones cruciatas, licet bellorum
nomine inſignitae fuerint, eo tamen ſo-
fine ſuſceptas fuiſſe, ut commercia iſta
ur; multa inde antea ignota Europaeis
v. c. calamum ſaccharinum hoc modo
perveniſſe, inde in Granadam, Maderam

ac Braſiliam; poſt amiſſas in Oriente ſedes Europaeos nihilo minus mercaturae orientali ſedulo ſtuduiſſe; exinde quoque ortam eſſe neceſſitatem, linguas orientales diſcendi, eaque religionem aeque ac mercaturam promotam fuiſſe.

Rambach. IOHANN IACOB RAMBACH (olim Gymnaſii Quedlinburgenſis Rectoris, nunc antiſtitis ſacrorum Hamburgenſis) *von dem Einfluſs der Kreuzzüge auf die Beförderung der Künſte und Wiſſenſchaften.* Quedlinb. 1770. 4; et in eiusdem *vermiſchten Abhandlungen aus der Geſchichte und Litteratur* (Halle 1771. 8.) p. 145-172. — Demonſtratur, cum artes, quas nuncupamus, mechanicas, tum liberales, poëſin potiſſimum, ut et diſciplinas varias, v. c. geographiam, expeditionibus iſtis praeclare auctas ornatasque fuiſſe.

Meerheim. GODOFREDI AUGUSTI MEERHEMII (*Magiſtri ac Profeſſoris philoſophiae Vitembergenſis*) de utilitate expeditionum cruciatarum commentatio hiſtorica. *Vitebergae* 1776. 4. — Salutarem expeditionum illarum vim expoſiturus, auctor ſuccinctam primo loco ponit eorum temporum, de quibus agit, deſcriptionem praeſertim in iis regionibus, quae maxime motibus illis fuerunt obnoxiae. Poſtea ex iisdem dictis colligit et ſubducit commoda inde redundantia, v. c. liberationem Europae a ſentina reipublicae, leges poenasque eccleſiaſticas ad pacandam Europam latas, fraenum creſcenti Turcarum licentiae iniectum, protractam imperii Orientis ruinam, Orientis notitiam Europae patefactam, linguarum orientalium neceſſitatem, manſuetiores mores, navigationis et commerciorum incrementa, Italicarum civitatum potentiam, antiquatam fere ſervitutem, auctam maieſtatem regiam, natales ordinum equeſtrium.

Poſtre-

emo, collatis inter ſe bonis malisque, plus
ıi quam commodi, bellis iſtis Europae illatum
exiſtimat.

OH. GEORG HUTTEN (Rectoris ſcholae Spi- Hutten.
ɜ) *erſter Verſuch einer Beantwortung der Frage:*
die teutſche Nation an dem erſten Kreuzzug ſo
Antheil genommen als gewöhnlich behauptet
? in *Meuſelii hiſtoriſch - litterariſchen Magazin*
reuth und Leipz. 1786. 8.) T. III. p. 91 - 108. —
ıs utique ſtudium in promovenda prima ex-
ione cruciata nationem Germanicam adhi-
ɛ, quam vulgo creditur, auctor contendit,
ɛ in poſterum firmius probare teſtibus fide
ıs pollicetur.

CAPV
SCRIPTORE
G

Hanno. EX veteribus hic pri
NO. Quis autem
non ſatis conſtat. V
ribus Karthaginienſibu
dem, qui Hamilcaris
illuſtrium imperatoru
ac de quo *Plinius* in
quentia ſcripſit: *Et*
florente, circumvectus a
vigationem eam prodid
ropae noſcenda miſſus
L. V. cap. 1. Himilco
Hunc igitur Hannon
3538, alii ante hoc
poſteriores quidem
Hannonem iſtum fuif
nienſes adverſus Agath
cap. 6 et 7, miſerunt;
num mundi 3695. C
eſt, Hannonem quen
Punice ſcripſiſſe Peripl
cae ambitum et terra
inventas. Nunc vero
navigationis illius deſc
verſio Graeca archety
cum *Henrico Dodwello*
ſub Hannonis nomine
ſcriptum ſuppoſititium
poſt Hannonis tempo
hoc quidem figmentu
nem longe recentiore
At nos quidem, Doc

is, ſic etiam in hac nimium dubitaſſe putamus. nec nomen aut conditionem Pſeudo-Hannoſui, nec tempus, quo Periplum cuderit, pro= potuit. Argumenta Angli caeterum doctiſſimi *rerus* et *Bougainvillius*, mox commemorandi, ſutarunt. Hoc certe manet, reliquias iſtas veas multis doctis egregiisque geographiae Afriveteris illuſtrationibus anſam dediſſe. Inſcriptio ipli ſic ſe habet: Ἄννωνος, Καρχηδονίων τιλέως, Περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους στήΛιβυκῶν τῆς γῆς μερῶν, ὃν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ Κρόνῳ τεμένει. Relatio admodum brevis eſt. nno non ſolum nominat ſuccincteque deſcribit iones gentesque ſibi obvias, ſed etiam colonias, e a freto Gaditano usque ad inſulam Cerne, e conditas; minime enim feſtinavit cum claſſe, paſſim diu haeſit. Victus inopia illum impediit, ɔ minus ultra inſulam Cerne progreſſus ſit. rne vero Hannonis videtur Arguin eſſe circa XI gradum latitudinis borealis. Minime igitur nem Africam circumnavigavit, ſed parvam addum littorum partem. Peripli editiones et verones exſtant ſequentes:

Sigismundus Gelenius primus contextum Graem produxit, atque cum Periplis Arriani, Plucho de fluviis et montibus, atque Epitome Stranis, ſine verſione Latina, edidit, *Baſil.* apud h. Frobenium, 1533. 4. Quae quidem editio iſſime obvia. Latina verſio primum prodiit hac graphe:

Hannonis, Carthaginienſium regis, Periplus, m Scholiis *Conradi Geſneri;* cui accedunt Ioan- Leonis libri IX deſcriptionis Africae. *Tiguri* 59. 8. Nec haec verſio hodie frequenter occrit. Secuta eſt verſio Itala:

Han-

Hannone navigat
Raccolte delle naviga
1613). Poſtea pro
Hannonis Carth
Latine, ſub auſpicii
verſione et animad
Argent. 1661. 4;
(*Argent.* 1710. 4.)
Abrahamus Berke
edidit cum Stephani
bus et populis. *Lu*
Graecus ex edition
Geſneri verſione e
extemporaneis ſ. ſcl
obſervationes transl
crae parte ſecunda.
Iohannes Hudſon
ptores Graecos minor
primum conſtituit I
nihil fere ad illuſtra
lae enim contextui
annotationes in calc
ximam etiam parten
et ne omnes quid
Sublimcta quoque
aetate Peripli Hann
Verſionem Fran
bus debemus *Bonga*
priori mox recenſen
cum verſione eiusd
Nec deeſt verſio
a *Petro Roderico Ca*
ſpania adhuc exſulta
ritima de la Republic
ju General Hannon,
por D. Pedro Rodr

s Conſejos Aſſeſſor general de los Correos y po-le Eſpaña. Madrid 1756. 8. Cum duabus ta-geographicis. Ineſt contextus Peripli Grae-et verſio Hiſpana, adiectis notis uberioribus matícis, geographicis et criticis.

Contextum Graecum cum verſione Theotiſca uit *Conradus Arnoldus Schmid*, Conſil. Con-ii et Prof. Brunovicenſis, poſt verſionem otiſcam Indicorum Arriani. Cf. huius bibl. II. P. I. p. 338. Notulae adſperſae ſunt.

Verſionem Theotiſcam recentiſſimam, ſum-ue ſtudio elaboratam, notisque doctiſſimis in-tam tradidit *Joannes Georgius Hager*, Rector ſcholae Chemnicenſis, in *Geographiſchen Bü-hal* (Chemnitii 1764 — 1778. III Voll. in 8.) . p. 640 — 652.

Praeter editores et interpretes huius Peripli entes viri docti ad eiusdem illuſtrationem con-unt.

BARTHOLDI NIHUSII Epiſtola de Hannonis gatione. *Francof.* 1622. 1630. 4.

CONRADI RITTERSHUSII Oratio de Han-is Periplo. *Altorf.* 1638. 4.

GERARDUS VOSSIUS de Hiſtor. Graecis L. p. 513 ſq.

ISAACUS VOSSIUS in praefatione ad Scyla-. *Amſt.* 1639. 4. et in *eiusd.* Variis obſervatio-s (*Lond.* 1685. 4.) p. 52; et in *eiusd.* Not. ad m (*Hag. Com.* 1658. 4.) L. III. c. 9.

PETRUS BAYLE in Diction. ſ. v. *Hannon.*

DE BOUGAINVILLE *Mémoire ſur les découver-les établiſſements faits le long des côtes d'Afri-par Hannon, Amiral de Carthage;* in *Mémoires Acad. des Inſcriptt.* T. XXVI. p. 10 — 45. Extat a *Conr. Arnoldo Schmid* loco modo lau-. Sectio prima ſiſtit narrationem de itinere Han-

Hannonis, ſecunda, verſionem Francogallicam Peripli Hannonis, notis quibusdam illuſtratam. Continuatio huius diſſertationis, Theotiſce non reddita, legitur l. c. T. XXVIII. p. 260 — 317. Ineſt ſectio tertia, qua tempus, quo Hanno iter inſtituerit, examinatur; et quarta, ubi auctor de commerciis Karthaginienſium in ſpecie, ac de commerciis veterum in genere, diſſerit.

IOANNIS GEORGII HAGERI Progr. de Hannone, geographo antiquiſſimo illiusque Periplo *Chemnitii* 1764. 4; et eiusdem praefatio ad verſionem Peripli Theotiſcam modo memoratam l. c. p. 408 — 449.

* * *

Plinius. CAIUS PLINIUS SECUNDUS de geographia Africae agit in Hiſtoria naturali L. V. cap. 1 — 8.

Geographus Nubienſis. De *Geographo Nubienſi* ſupra relatum Vol. II. P. I. p. 166 ſqq.

Cadamoſto. ALOYSO DA CADAMOSTO *Libro de la prima Navigazione per Oceano a le terre de Nigri de la baſſa Aethiopia per commandamento del illuſtre Signor Infante Don Henrico de Portogallo.* In Vincenza 1507. 4. et in *Ramuſii* collectione T. I. *Latine* ab *Archangelo Madrignano* in *Grynaei* ſeu potius *Huttichii* Novo orbe regionum ac inſularum veteribus incognitarum. *Baſil.* 1532. fol. et in aliis huius collectionis editionibus et verſionibus, in quibus omnibus Cadamuſti relatio primum locum occupat. Auctor, nobilis Venetus, natus a. 1483, anno 1504 Luſitaniam petiit et cum navibus, ab Henrico Navigatore verſus Africam occidentalem ad novas terrae regiones viſendas miſſis, itinera ſuſcepit. Primus, quantum ſcimus, qui de Luſitanorum navigationibus, tunc temporis in Africam inſtitutis, litteris quaedam mandavit. Luſitani enim

enim ipſi, invidia adverſus alias gentes ducti, diu de repertis ſuis tacuerunt. Cadamoſti opuſculum capitibus LXXXIII diſtributum eſt.

IOHANNES LEO, AFRICANUS, proprie Granatenſis Hiſpanus, primum Muhamedanus, tum Chriſtianus, poſtea iterum Muhamedanus, Medicorum et Philoſophorum Arabum biographus, partim ſponte, partim principum nomine ſaepius legationis munere functus, cum bonam partem Europae, et minorem Aſiam, tum omnem prope Africam luſtravit; huiusque ſitum, intervalla, loci et incolarum naturam, ab occidente ſive a regno Fes usque ad orientem ſive Aegyptum, obſervavit, et Arabice conſcripſit. *) Cum vero Romae, ubi Chriſtianus factus, linguam didiciſſet Italicam, deſcriptionem Africae Italice vertit: ſed anno demum 1526, ut ipſe extremo opere ſcribit. *Haec*, inquit, *ſunt, quae memoranda et cognitione digna ego Ioannes Leo in Africa tum vidi, tum obſervavi, quam penitus omni ex parte circumdedi: et quidquid in ea memoratu dignum obtigit, ut vidi, ita diligenter inſcripta retuli, et quae non vidi, a viris fide digniſſimis, qui ea conſpexerant, mihi ad plenum declaranda percuravi, ac deinde occaſionem nactus has meas vigilias in unum volumen redegi.* Subiicit deinde: *Romae MDXXVI, V Idus Martii.* Eam autem deſcriptionem poſtea Latine transtulit *Ioannes Florianus*, atque hoc titulo typis mandavit: *I. Leonis Africani* totius Africae deſcriptio libris XII; primum Arabice ſcripta, inde (*ſ. potius ex Leonis verſione Itala*) Latine verſa per *Ioan. Florianum. Antverp.* 1556. 8. ibid. 1558. *Lugd. Bat.* ap. Elzvir. 1632. II Voll. in 24. Cum Hannonis navigatione, inter- Leo Afr.

*) *Voſſius* in Tract. de Hiſtoricis Latinis L. III. p. m. 675 affirmat, operis *αὐτογραφον* fuiſſe apud Ioannem Vincentium Pinellum.

C. G. I. VOSSII Tractatus de
L. III. p. 575 sq.
Hamburg. Bibl. infl. Cent. IX. p. 2

de Mar-
mol.

LUYS DEL MARMOL CARA
Parte de la Descripcion general de
las rebeliones de guerras, que a estado
y el pueblo Christiano, y entre todos
Moriscos intento la fiera, bayla el
y quinientos y setenta y uno (157
da, en Casa de Rene Robut (non E
Engel. nec *Benoist*, ut Mr. An
Libro tercero y segundo volumen de
de la descripcion general de Affrica
Segunda Parte y Libro septimo de
neral de Affrica, donde se contiene
Numidia, Libia, la tierra de los N
cia Etiopia, Egipto, cō todas las
della. Impressa en la Ciudad de B
Auter en la empresta de Juan
Francogallice hac epigraphe: *L*
MOL, *de la Traduction* de Nicol
d'Ablancourt, *divisé en trois Vo*

Matthaei in Analectis veteris aevi T. III. — Auctor, Granatae natus, inde ab a. 1535 militiam, duce Carolo V Imp. in Africa egit, ubi XXII annos vixit, et ex his VII et quod excurrit, in captivitate Maroccana. Servus Scherifi Muhamed cum hoc usque ad Guineam iter fecit. Vidit et omnem Africam septentrionalem cum Aegypto. Per omne id tempus collegit, quae operi postea a se edito inservire potuerint. Liber I instit descriptionem Africae generalem; II isque multo spissior, historiam sectae Muhamedicae ab a. 613 usque ad a. 1572. Volumini secundo insunt liber III de regno Marocco, IV de Fes, V de Tremessen, VI de regno Tunetano. Volumen tertium complectitur libros VII usque ad XI, in quibus de Numidia, Libya, Nigritia, Aethiopia inferiore et superiore, atque de Aegypto agitur. Auctor quidem in praefatione duodecimum quoque librum, in quo de omnibus insulis Africae obiacentibus referre voluit, promiserat: sed frustra illum quaeres. Primus fere Marmolius fuit, qui veteribus Africam magis cognitam fuisse, quam vulgo credatur, contendit. Archetypum Hispanum rarum est, in primis volumen tertium, quia auctor illud suis sumtibus typis exprimi iussit.

Cf. NICERON T. VI. p. 337 sqq.
FREYTAGII Analecta litt. p. 571 sq.
DENIS *Merkwürdigkeiten der Garellischen Bibl.* p. 560 sqq.

M. LIVIO SANUTO *Geographia dell' Africa di-* Sanuto.
vinčta in XII libri, ne' i quali si dichiarano le provincie, i popoli, citta, etc. dell' Africa, con XII tavole, aggiontivi trè judicii, da GIOV. CARLO SARACENI. In Venetia 1588. fol. — Opus, teste Lengleto, nitore quidem typographico superbiens, hodie vero, ipsi Dapperi librum, haud magni aestimatum.

con una Tabla de las cosas notable
tenidas. En Amberes 1614. 4. ·
mum simulque doctissimum, dig
quoque linguis donetur. Libri I
hendit. CXXXII capitibus distinct
dem *primus* et *secundus*, de antiq
cis agentes, nihil nunc ad nos
quartus, qui ad Africam spectar
antiquis et novis populis ibi habi
eorum linguis, moribus et histori
capite II et III libri tertii auctor
Africa, atque docet, olim et t
Europae et Asiae incolis haud
Cap. IV de Afrorum numero; c
nomine; cap. VII de vocabulo
scripturam sacram; cap. IX de C
de Troglodytis; cap. XVII de Nu
que fere geographiae historia iun

Cf. (GOETZII) *Merkwürdigkeiten*
Dresden T. I. p. 403 sq.
(BAUMGARTEN) *Nachrichten v*
T. V. p. 186 sq.
CLEMENT T. I. p. 150 f.

et nunc, deſcribuntur. *Tornaci Nerviorum* . 4. — Auctor, in itinere ſuo Africano a ıris captus, plerasque oras luſtravit.

LEXANDRI GERALDINI itinerarium ad re- Geraldinus.
s, ſub aequinoxiali plaga conſtitutas, anno , complectens antiquitates, ritus, mores et ones populorum Aethiopiae, Africae, Atlanceani et Indicarum regionum. Edente ONUO GERALDINO, eius abnepote. *Romae* 1631.

- Geraldinus, Ameria in Umbria oriundus, 1496 usque ad a. 1515 epiſcopus Vulturapoſtea primus epiſcopus in inſula St. Domiconſtitutus, mortuus eſt a. 1524. De itineeius ſatis raro nil nobis, niſi titulus, innotuit.

BAN ARMAND *dit* MUSTAPHA, *Turc de Na-* Armand dit
Voyages d'Afrique, faits par le commandement Muſtapha.
'oy, *ou les Navigations des François en* 1629
30, *ſous la conduite du Commandeur de Razilli.*
is 1633. 8.

INCENT LE BLANC *Voyages aux quatre par-* le Blanc.
s *monde* etc. Opus, alibi recenſendum, mule variis Africae regionibus narrationes con-

IOVANNI BATTISTA BIRAGO *Hiſtoria Afri-* Birago.
della diviſione dell' Imperio de gli Arabi, dell'
e et dei progreſſi della Monarchia de Mahome-
diſteſa par l'Africa e per le Spagne dell' anno
ſin al 1007. Venet. 1650. 4.

HARLES CHAULMER *Tableau de l'Afrique,* Chaulmer.
nt repreſentez Royaumes, Republiques, Princi-
s de cette ſeconde partie du monde. à Paris
. 12.

OLIFERT DAPPER *Naukeurige Beſchryvinge der* Dapper.
kaanſche Geweſten van Egypten, Barbaryen, Li-
, Biledulgerid, Negroſland, Guinea, Ethiopien,
nie etc. Amſterd. 1668. fol. Cum tabulis

Cum figg. aen. *Theotiſce* ibid. 1671. fo
aen. Interpretes Anglus et Franco
verſionibus operis praecedentis quoqu
huius adiecerunt. — Dapperus, cui
meminimus, more ſuo i. e. ſine diſc
pilavit ſcriptores de Africa fide dignos
Attamen excerpta exhibuit incorrupt
paſſim ſcriptoribus hodie rariſſimis,
incognitis, talibusque, quos de Afric
retuliſſe vix credideris. Multi, qui po
de rebus Africanis ſcripſere, eum, tan
tutiſſimum, ſine examine critico, ſecu

Recueil de divers voyages etc.

Recueil de divers voyages, faits en
Amerique, qui n'ont point encore été pub
des Traitez curieux, touchant la Haute
debordement du Nil, le Mer rouge et le
à Paris 1674. 4. ibid. 1684. 4. Cum
tabulis geographicis.

Afric. Reiſegeſchichte etc.

Africaniſche Reiſegeſchichte eines Eng
mannes, nebſt einer Beſchreibung des Kön
gier. Aus der Engliſchen in die Teutſche
ſetzt; in *Aſiatiſchen und Africaniſchen*

les Corſaires de Barbarie. à Lyon 1688. IV Voll. in 12. *ibid.* 1713. IV Voll. in 8. — Haec Africae deſcriptio non aequaliter in partes et tomos diſtributa eſt, ſed partium diviſio materiem ſequitur, tomorum diſpenſatio commoditatem voluminum, adeo ut pars prima in tomum ſecundum, et pars ſecunda in tomum tertium excurrat; in cuius medietate incipit pars tertia, quae in quartum etiam tomum protrahitur, ita ut quarta pars non integrum comprehendat tomum quartum. Partes rurſus in libros, libri in capita, haec in ſectiones diſpeſcuntur. Pars prima de regione alborum Africanorum; ſecunda de Nigritarum terra; tertia de Aethiopia utraque, ſuperiore et inferiore; quarta de inſulis circa Africam agit. Praemittitur genealis theoria terreſtris globi ſecundum circulos, zonas, climata, umbrarum differentias; nec non quatuor maiorum partium, Europae, Aſiae, Africae, Americae, ſecundum limites, ſitum, tempeſtates, etiam incolarum mores ac ingenia, quantum de illis in univerſum iudicare licet. Primae partis liber primus *Aegyptum* deſcribit, et inferiorem quidem, ſive ad mare vergentem, a finibus Barcani regni per Nili oſtia progrediendo, ubi Alexandria cum veteri Pharo et bibliotheca; Bochiris ſ. Buſiris; Roſetta cum herba Loto; et Foa, ac aliae urbes illuſtrantur. Praecipue urbem ampliſſimam Cairo auctor deſcribit. Interiecta Balſami, arboris odoriferae, et Pyramidum deſcriptione, Mumias, et qua condiuntur, pollincturae materiam examinat. Varia tandem, quae reſtant, commiſcet, v. c. de lingua antiqua gentis, quae Coptica dicatur. Hinc ad imperandi formam progreſſus, et vetuſtiſſimum ſtatum, et qui ſub Ptolemaeis fuit, et ſub Romanis, ac ſub Caliphis et Sultanis, breviter exponit. De religione varia ibi

florente; de lacubus et Nilo etc. Eiusdem primae partis libro secundo auctor *Barbariam* sic dictam percurrit, et, quantum primus adhuc tomus capit, regnum Maroccense cum Fessano perlustrat. Tomus secundus continuat Barbariae regnorum enumerationem, hoc est Algeriani, Tunetani, Tripolitani. Sub Algeriano etiam Telensinum consetur, cuius metropolis Tremesen s. Telensin, Autibibus Telimisen, laudatur. Historiam auctor subnectit bellorum contra Algerienses sub Carolo V infeliciter gestorum. Fatis regni Tripolitani subiuncta est descriptio pyrobolicae obsidionis, qua Galli ante hos centum annos Tripolim, et revertentes inde Genuam afflixerunt. Liber tertius partis primae de *Biledulgerid* s. interiore Numidia et vicinis regionibus agit. Eodem secundo tomo pars secunda de *Nigritis* initium sumit, et primo quidem libro de iis agit, qui circa flumen Nigrum late ab utraque ripa habitant, ut in Guinea mediterranea, regnis Tombut, Guber, Agader, Cano, et, quae regio notior est, Nubia, a Nilo rigata. Secundo partis secundae libro littorales Nigritae recensentur, ut Zelofes inter Nigri brachia, quorum regi minores reges circa viride promontorium subiecti sunt. Obscura inde regna narrantur usque ad Sierra Lionis, qui altissimus mons et regioni nomen dat, in qua Batavi, Angli, Dani negotiantes loca quaedam possident. Sed clarior in hisce littoralis Guinea, et in ea post Quojae regnum littus aureum in primis celebre, quod itidem auctor in regna divisit. Capite V huius libri animalia, fructus, metalla huius regionis explicantur. Tertia pars tomo tertio fere medio incipit, et in quartum tomum narrationem profert. Prior eius partis liber *Aethiopiam* superiorem s. Abessiniam, posterior inferiorem explanat. Abessinorum impe-

imperium, quondam ampliſſimum, in IX vel X regna ab auctore dividitur, quibus totidem ferme provincias adiungit, quae regni nomine careant. Auctor ſimul in tempus inquirit, quo primum Romana eccleſia eiusque Pontifex Abeſſinis innotuerit. De Niliaca inſula Meroë ad Gallas, Abeſſinorum hoſtes, progreſſus, originem illorum ex Iudaeis et a Salmanaſſaris temporibus ducit, ſilens, qua id fide aſſeveretur. Claudit librum diſſertatione de animalibus, plantis, fructibus, tempeſtate regionis; item de moribus gentis, de lingua, de religione, quam Chriſtianam et probam eſſe tuetur, non obſtante circumciſione, quae liber ritus in hac gente ſit, non Iudaicum ſacramentum. Libro ſecundo partis tertiae Aethiopia inferior ſ. reliquum Africae exhibetur; et primo quidem, quae in latere occidentali ſuperſunt regna, Loango, Congo, Angola etc. Tomo quarto haec tela pertexitur, et regiones in Auſtrum magis vergentes recenſentur, ut ſunt Benguela, Mataman, Caffreria ſ. Hotentotorum patria, in cuius ora et extremo Africae angulo celeberrimum promontorium bonae ſpei eſt. Supra Cafres in mediterraneis imperium Monomotapa eſt, cuius regio deſcribitur, cum aliis locis, ad quae accеſſus Ieſuitis patuiſſe traditur. Ab auſtro in ſeptentrionem adſurgens auctor, in orientali latere enarrat regna Europaeis commerciis in littore frequentata, Sofala, Zanguebar, Moſambique, Quiloa, Mombaza, Melinde. Hinc ad propiora Arabico ſinui tranſitur, quae pleraque Muhammedanis principibus parent, ut Magadoxo, Adel, Zeila etc. Ubique mores incolarum explicantur; etiam quae terra ferat ſingularia. Quarta pars inſulas circa Africam, remotiores a continente, habet; proximae enim antea in regnis et provinciis declaratae. Initium

sit a Malta s. Melite, rectius hodie a Geographis Europae adnumerata. Auctor noster omnem insulae historiam exponit; indicem adeo Magistrorum Ordinis, qui hodie insulam possidet, apposuit. Sequuntur insulae Madagascar, s. St. Laurentii, Bourbon, Mauritii, Roderigo et aliae. Inter Africam et Americam insulae St. Helenae, S. Matthaei, Adscensionis, et iuxta Aequatorem Anni Boni et S. Thomae. Insulae quoque ad promontorium viride sitae enumerantur, conditione illarum et fortuna perscripta; nec minus, quae Canariae vocantur. Haec omnia ita traduntur, ut regiones chartis geographicis, principales urbes et castella, etiam ritus quidam, elegantibus figuris illustrentur. Dapperi opus huic Francogallico fundamento fuit, ita tamen, ut auctor maiore cura memorabilia deligeret, aptiorem ordinem sequeretur, recentiora que nonnulla adiiceret.

Cf. Acta Erud. Suppl. T. I. p. 531 — 538.

Skyner. THOMAS SKYNER'S, *eines Englischen Kaufmanns, seltsame Begebenheiten; welcher von den Algierischen Seeräubern zum Sclaven gemacht, und in das inwendige Land von Africa geführt worden, sammt einer Beschreibung von Africa; von ihm selbst aufgesetzt, und herausgegeben von* A. Robert. *Aus dem Englischen.* In *Asiatischen und Africanischen Merkwürdigkeiten dieser Zeit.* Nürnberg 1676. 4. et adiunctum versioni Theotiscae historiae Sevarambium fictae. *Sulzbach* 1689. 4. Archetypum Anglicum nos latet.

Froger. *Relation d'un Voyage fait en* 1695, 1696 *et* 1697 *aux côtes d'Afrique, Détroit de Magellan, Bresil, Cayenne et isles Antilles, par une Escadre des Vaisseaux du Roi (de France), commandée par M. de Gennes. Faite par le Sieur* (F.) FROGER, *Ingenieur Volon-*

olontaire ſur le Vaiſſeau le Faucon Anglois. Enri-ie de grand nombre de figures deſſinées ſur les lieux. Paris 1698. 12 mai, à Amſterd. 1699. 12. ibid. 702. 12. Et hoc titulo: *Relation d'un voyage ans la mer du Sud, Détroit de Magellan etc.* à Amerd. 1715. 12 mai. Cum figg. aen. Et in collectione itiner. Prevotiana T. XII. *Anglice* ab *Osrne* .... Deſcribitur potiſſimum inſula *Gorée* et umen *Gambia*, cum regionibus adiacentibus, hoinibus, animalibus, fructibus; breviter quidem, d accurate. Figurae aeneae ſunt elegantes illurationique narrationis bene inſerviunt.

Abbé PARIS *Que les anciens ont fait le tour de Afrique, et qu'ils en connoiſſoient les côtes méridionaes;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* T. VII. p. 79 ſqq. — Paris. Obſervationes inſunt haud vulgares, quae tamen rgumentis aliis confirmari poſſent. Voſſii ſenntia de nimia Peripli Hannonis aetate impugnair.

Journal d'un voyage ſur les côtes d'Afrique et aux ndes d'Eſpagne. à Paris 1737. 8. Journal d'un voyage.

FRANCIS MOORE *Travels into the inland parts f Africa, containing a deſcription of the ſeveral naions, for the ſpace of* 600 *miles up the river Gamia* etc. Lond. 1738. 8. Et in collectione ita incripta: *Travels into the inland parts of Africa.* ibid. 742. 4. Cum figg. aen. Etiam in collectione tiner. Prevotiana T. III. — *Moore* ſcribae munere functus a. 1730 caſtellum S. Iacobi, ab Anglis oſſeſſum petiit, ubi rei mercatoriae procurator conſtitutus, itinera in partes Africae interiores ſuscepit, annoque 1735 in Angliam rediit. Obſervatorem rebus memorabilibus acriter intentum egit eiusque narrationes ab Anglis fide digniſſimae udicantur. Multa refert de moribus rationeque vivendi, religione et regiminis forma Aethiopum, Moore.

utramque Gambiae ripam, ſeptentrionalem potiſſimum, inhabitantium. Plura habet, ab aliis haud viſa et ignorata. Ineſt etiam narratio ſingularis cuiusdam IOB BEN SALOMO, *Africani* dicti, qui a. 1733 Londini fuit. Editioni poſteriori p. 175—223 adiecta ſunt ſequentia: BARTHOLOMAEI STIBBS, navarchae, diarium ſat ſterile, in itinere a. 1723 et 1724 flumine Gambia inſtituto compoſitum. Nihil, quod antea incognitum fuerit, detexit. Porro: JOHN LEACH tabula geographica, Nili curſum repraeſentans; ipſe in hoc fluvio navigavit. — LEONIS AFRICANI aliorumque relationes de Nilo. — Vocabularium verborum Anglicorum et Mundingicorum, quibus Aethiopi uti ſolent. — Varia ſcripta, commercia Anglorum in Africa illuſtrantia.

Stibbs.

Gaudentio di Lucca.

Mémoires de GAUDENTIO DI LUCCA; *où il rend compte aux Peres de l'Inquiſition de Bologne qui l'ont fait arrêter, de tout ce qui lui eſt arrivé de plus remarquable dans ſa vie; et où il les inſtruit d'un pays inconnu, ſitué au milieu des vaſtes déſerts de l'Afrique, dont les habitants ſont auſſi anciens, auſſi nombreux et auſſi civiliſés que les Chinois. Avec l'hiſtoire de leur origine, de leur religion, de leurs coutumes, leur police etc. Traduits de l'Italien, ſur une Copie du Manuſcrit original de la Bibliotheque de S. Marc à Veniſe. Avec des Notes critiques et hiſtoriques du ſçavant M.* RHEDI. *Le tout précédé d'une Lettre du Secretaire de l'Inquiſition à M. Rhedi, dans laquelle il lui rapporte les motifs qui on engagé ce Tribunal à faire arrêter l'accuſé.* ſ. l. 1746. II Voll. in 12. Anglice, Lond. 1748. 8. *Theotiſce* a *Ioh. Bernhard Nack*, Francof. et Lipſ. 1751. II Voll. in 8. — Mera figmenta inſunt, minime hiſtoria vera. Editor ſeu potius auctor in praefatione impudenter mentitur, dum veram hiſtoriam ſe tra-

der:

dere iactat. Si modo in ipſa narratione veroſimilia protuliſſet, non adeo indignaremur: ſed incredibilia ac mirabilia effutit, ut indignatio vehemens inde exoriatur neceſſe ſit. Non viris, ſed mulierculis credulis atque pueris narraſſe videtur.

HARK OLUF, *aus der Inſel Amröm im Stift Ri-* Oluf.
pen in Jütland gebürtig, ſonderbare Avanturen, ſo ſich mit ihm inſonderheit zu Conſtantine und an andern Orten in Africa zugetragen; ihrer Merkwürdigkeit wegen in Däniſcher Sprache zum Druck befördert, ietzt aber ins Teutſche überſetzt. Flensburg 1751. 8. — Libellus cum argumento tum forma exiguus.

D'ANVILLE *Mémoire concernant les rivières de* d'Anville.
l'interieur de l'Afrique, ſur les notions tirées des Anciens et des Modernes (1752); in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. XXVI. p. 64—81. T. XLIII. p..... In priore diſſertatione — poſteriorem nondum vidimus — auctor doctrina rara, qua polluit, Ptolemaeum, Geographum Nubienſem, Leonem Africanum aliosque inter ſe confert de fluviis in Africae partibus interioribus, praecipue de fluviis Gir, Niger, Senega, Bogradas ſ. Mejerda, caet. Quae idem de Nilo acutiſſime diſſeruit, alibi exponentur.

Storia dei Mauri, del Sgr. GUIDOTTI, *Dottore* Franc. de St. Jean de Porto et Guidotti.
medico. Firenze 1775. 8. — FRANCISCUS DE ST. JEAN DE PORTO, monachus ordinis Franciſcanorum, diu miſſionarii munere in Africa functus, multiplici occaſione uſus eſt, Maurorum ſive Aethiopum mores, inſtituta ac religionem pernoſcendi, quaeque obſervaverat, lingua Hiſpana litteris mandavit; ex quo opus quorundam voluminum enatum, typis nondum exſcriptum. *Guidottus* vero eo tempore, quo Hiſpani expeditionem in Afros ſeptentrionales tentarent, memorabilia ex eodem excerpſit linguaque Itala publici iuris fecit.

Simul

Simul hiſtoriam usque ad tempora recentiora continuavit.

Anecd. Afr. *Anecdotes Africaines depuis la decouverte de l'Afrique juſqu' à nos jours.* à Paris 1776. 8. Cf. huius bibliothecae Vol. I. P. I. p. 302 ſq.

Baumann. LUDWIG ADOLPH BAUMANN (Conrectoris Lycei, quod Brandenburgi floret) *Abriſs der Staatsverfaſſung der vornehmſten Länder in Africa; nebſt einem Anhange von den Südländern.* Brandenburg 1778. 8. — Auctor, pro ratione ac numero ſubſidiorum ſat bene rem geſſit. Plura praeſtitiſſet, niſi fontibus variis deſtitutus fuiſſet. Paſſim quoque negligentiae accuſandus in epitome hacce conficienda.

Mutationes recentiores variarum Africae regionum peti poſſunt ex operibus RAYNALII (cf. ſupra p. 45 ſqq.) et MAC-INTOSCHII (cf. Vol. II. P. I. p. 384 ſq.).

Raynal.

Mac-Intoſh.

CAPVT

CAPVT XXIV.

SCRIPTORES DE REBUS AEGYPTIACIS.

SECTIO I.

Scriptores de hiſtoria Aegyptiaca antiqua generales.

Praeter libros hiſtoricos Veteris Teſtamenti, potiſſimum Moſaicos, vetuſtiſſima aeque ac fide digniſſima hiſtoriae Aegyptiacae monimenta, eorumque interpretes, notandi ſunt ſequentes. *)

HERODOTUS, de quo Vol. I. P. I. p. 52 ſqq. egimus, Libro II in primis: nonnulla etiam occurrunt libris III. IV. VI. VII. VIII et IX. Cf. CHRISTOPH. MEINERS in *Verſuch über die Religionsgeſchichte der älteſten Völker, beſonders der Egyptier* (Goetting. 1775. 8.) p. 81 ſqq. Herodotus.

MANETHOS ſive MANETHON ſive MANETHO, Sebennyta Dioſpolitanus, ſacerdos ſupremus Heliopolitanus et archivi ſacri praefectus, vixit circa annum mundi 3724 ſ. anno 260 ante Chr. natum, rege Aegyptio Ptolemaeo Philadelpho. Hic, teſte Euſebio, omnem hiſtoriam Aegyptiacam, potiſſimum vero quae ad Theologiam huius Manetho.

*) Plures ſcriptores veteres de rebus Aegyptiacis perierunt, v. c. ante Herodotum HECATAEUS *Mileſius* et HIPPYS *Rhegius*; poſt Herodotum PHILISTUS *Syracuſanus*, THEOPOMPUS, et Periplorum ſcriptores. Ptolemaeorum tempore HECATAEUS *Abderita*, LYNCEUS *Samius*, ALEXANDER *Polyhiſtor*, APIO *Grammaticus* caet. Cf. de his *Heyne* loco mox commemorando.

huius gentis pertinent, fuſe in Graecam tranſtulit linguam, cum in ſacro opere, quod ſcripſit, tum in aliis commentariis. Per ſacrum vero librum intelligi debet hiſtoria, quam poſtulante Ptolemaeo Philadelpho ab antiquiſſimis ac fabuloſis temporibus exorſus, perduxit paene usque ad tempora Darii Codomanni, quem Alexander M. devicit. Hiſtoriam hanc tribus diſtinxerat tomis. Primo complectebatur Deorum et ſemideorum dynaſtias ſ. imperia ac principatus, quae numero fuere undecim. Altero comprehendebat dynaſtias octo; tertio duodenas. Euſebius narrat, Manethonem hoc opus eruiſſe ex columnis in Seriadica terra poſitis, quibus ſacra dialecto ſacrae eſſent notae inſculptae a Thaaut, primo Mercurio: eas vero poſt diluvium ex ſacra lingua in Graecam notis ibidem ſacris verſas fuiſſe; interque libros in adyta Aegyptiaca relatas ab Agathodaemone, altero Mercurio, patre Tat; haec Manethonem Philadelpho, ſecundo e Ptolemaeis, dicaſſe. Poſt iſta ſubiungit Euſebius epiſtolam Manethonis ad Philadelphum, in quo dicit, ſecutum ſe eſſe libros ſcriptos ab avo Mercurio Triſmegiſti. Quamquam vero optandum eſſet, ut ſcriptor hic integer ad nos perveniſſet; tamen bene ſaltem eſt, quod luculenta quaedam fragmenta conſervavit nobis Flavius Ioſephus libro I contra Apionem; in quibus diſtinguit ea, quae Manetho ex libris ſacris, quaeque ex vulgi hauſerat fabellis; poſterioraque haec ibidem refellit. Bene etiam eſt, quod Sexti Iulii Africani beneficio epitomen totius Manethonis habemus. Quae Africanus et Euſebius Pamphili in Chronicis ſuis maximam partem deperditis et depravatis, ex Manethone excerpſerunt, ſervavit Georgius Syncellus in chronographia, circa annum poſt Chr. nat. DCCC confecta, typis expreſſa

ɛſſa a. 1652 per Iacobum Goar. Quum igitur anethonis opus ipſum non ſuperſit, ſed modo gmenta per manum ſecundam et tertiam nobis dita; opera eorum, quam in eruenda ex iſto ritate poſuerunt, inanis fere eſt atque male lo-ta. Dynaſtiae illae Manethonis decantatae ſemper nebunt crux hiſtoricorum et chronologorum. ıo etiam factum, ut omnes fere, qui in ſtadio) deſudarunt, ſibi contradicant. Quisque alium ɾerſumque dynaſtiarum ordinem ſtatuerunt. Alii anethonem, tanquam teſtem fide digniſſimum, tollere: alii eundem, ut impoſtorem, contemre ſolent. Sequentes potiſſimum tenebras Mathonicas diſpellere conati ſunt. IOH. SCALIR, qui in opere de emendatione temporum anethonis fragmenta quaedam cum notis edidit; ARSHAM in Canone chronico; PERIZONIUS ſtea commemorandus; DES VIGNOLES in *ronologie de l'hiſtoire ſainte et des hiſtoires etranres qui la concernent*, et in diſſertatione de an-; Aegyptiacis, inſerta Miſcellaneis BerolinenſiS....; BENGELIUS in Ordine temporum; H. JACKSON in *Chronological Antiquities*, opus *C. E. de Windheim* Theotiſce redditum, paſſim, aecipue Vol. II. p. 256 ſqq. aut p. 417 ſqq. ſecunm hanc verſionem. Anglus doctiſſimus opus anethonis magni aeſtimat operamque in eo illuando pertinacem quidem poſuit: at tamen nom haud ſolvit, ſed diſcidit. Nec ſilentio praeeundus eſt FERD. GUIL. BEER in *Abhandlungen r Erläuterung der alten Zeitrechnung und Geichte*, licet eius hypotheſis a recentioribus exoſa fuerit; I. C. BEYER et SEMLER, poſtea noinandi; IOH. CHRISTOPH. GATTERER, qui *Einleitung in die ſynchroniſtiſche Univerſalhiſtorie* ɔoetting. 1771. 8.) P. II. p. 293—319 doctiſſime aeque

aeque ac ingenioſiſſime hoc argumentum perſcrutatus eſt. Ope nimirum aliorum ſcriptorum veterum, Herodoti praecipue et Diodori, ordinem dynaſtiarum Manethonicarum ſine tranſpoſitione vel mutatione numerorum ac nominum eruere ſtuduit. Eo iudice Africanus et Euſebius in apographis ſuis valde quidem inter ſe diſcrepant, differentia haec tamen dynaſtiarum formam et ordinem non turbavit, ſed ſpectat ſolummodo ad ſingulos numeros ac nomina, ad quorum explicationem ſubſidia non prorſus deſint. Contra Gattereri collega CHRISTOPH. MEINERS in libello paullo ante laudato p. 105—128, Manethonem impudentiſſimae fraudis et compilationis ex fontibus admodum turbidis accuſat. Eundem adeo religionis Aegyptiacae inſcium fuiſſe eumque ſtudio mutilaſſe, contendit. HEYNIUS contra, itidem Meinerſii collega, mox laudandus, minus probat, hunc ex ſpuria praefatione et ex locis truncatis et interpolatis ab iis, qui cauſſae conſiliove ſuo inſervientia inde eruere volebant, necdum ad ſaniorem criticam exactis, apud Syncellum, Manethonem nimis cupide damnaſſe et mendacis ſcriptoris ei notam inuſſiſſe.

Ioh. Annius Viterbienſis librum de regibus Aegyptiorum Latine ſcripſit, eumque Manethoni ſuppoſuit, in *antiquitatum variarum voluminibus*, de quibus v. huius bibl. Vol. I. P. II. p. 16 ſq.

Cf. G. I. VOSSII Tract. de hiſtor. Graecis L. I. p. m. 89 ſqq.

Diodorus. DIODORUS SICULUS, de quo v. huius bibliothecae Vol. I. P. I. p. 54 ſqq. Libro I potiſſimum, III quoque, V, XI, XV, XVI, XVIII, XIX, XX, Heyne. et in fragmentis. C. G. HEYNE acutiſſime, ut ſolet, diſputavit *de fontibus et auctoribus hiſtoriarum Diodori et de eius auctoritate ex auctorum, quos ſequitur, fide*

fide aeſtimanda; in *Commentatt. Soc. reg. ſcient. Goetting. per* a. 1782. Vol. V. et quidem in Commentt. hiſt. p. 89 ſqq. ubi interpoſuit *iudicium* maximi aeſtimandum *de omni hiſtoria Aegyptiaca, eius fontibus et cauſſis, et de modo ac ratione eam interpretandi.* Leguntur ibi p. 104 ſqq. inter alia haec: „Aegre utique ferendum eſt, Diodorum non monuiſſe, quem potiſſimum auctorem in Aegyptiacis ſecutus ſit, ne illud quidem, unumve an plures. Nam ut ipſum a ſacerdotibus, quibuscum congreſſus ſit, ea accepiſſe, quae narravit, ſtatuamus, vetant plura; primo quidem, quod ipſe ſcriptor, quantum invenire potui, nusquam hoc profitetur: contra vero ſe ab Aegyptiis narrata repetere, ſexcenties monet; repetit autem ſic, ut ſatis appareat, eum ex maiore rerum copia utiliora delibaſſe. — Ex ipſis libris ſacris repetere ſua non potuit, quos nec legere nec interpretari potuiſſet, quosque tum ſuperſtites non fuiſſe vel ex hoc colligas, quod tanquam de re praeteriti temporis loquitur, ubi de iis agit. — Eſt etiam in toto libro (primo) perpetuus reſpectus philoſophiae et mythologiae Graecae, maiorque eius ſcientia quam ſuperſtitionis Aegyptiacae. Fit quoque parum probabile, illa aetate, qua Aegyptum adiit, ullum ſuperfuiſſe ſacerdotem Aegyptium ſatis doctum et patriae et Graecae religionis. Etſi nolim negare, manſiſſe etiam in mediocri illa ſacrorum Aegyptiorum conditione ſacerdotum collegia et in iis nonnullos, qui de religionibus et hiſtoriis commentarentur. — Poterant vero etiam ſcriptores ex libris ſacris repetita dicere ea, quae ex ſcriptoribus hauſerant, qui ſacros libros ſequi ſe dixerant. Neque in his mentiendi libidinem ſtatuere neceſſe eſt. Hecataeum Abderitam Diodoro eſſe inſpectum, ſupra docui; potuit eum in religionibus quoque ſequi,

quas ille ex sacerdotum fide exposuerat. — Ad antiquiores scriptores aliquo loco provocat (c. 66) et alio loco *se Herodotum et nonnullos scriptores* narrationum portenta tradentes deserere velle ait (c. 69). Quicquid est, eum scriptores Graecos secutum esse, qui ad Graecas religiones Aegyptias deflexerant, manifestum fit." Quod antequam disertius exponit, praemittit dissertatiunculam de fabularum Aegyptiarum origine et caussis, et de earum interpretatione. Qua in re etiam modeste contradicit *Meinersio*, qui suum quoque iudicium de Diodori narratione, de rebus Aegyptiorum sacris praecipue, exposuit l. c. p. 128 — 153.

Strabo. STRABO libro XVII operis geographici Aegypti geographiam non solum accurrate descripsit, verum etiam more suo quum urbes enumeravit, quae in unaquaque regione clarae fuerunt, commemorat etiam alias res scitu dignas. Ex antiquioribus Eratosthenem, cuius geographica praeter fragmenta perierunt et qui ducentos fere annos ante Strabonem Alexandriae in Aegypto vixit, potissimum secutus est, in nonnullis tamen illi contra dicens, in plurimis ea, quae ipse in Aegypto observavit, referens.

* * *

Excerpta de legibus etc. Ex his aliisque scriptoribus antiquis anonymus exhibuit *Excerpta de legibus et institutis Persicis et Aegyptiacis ex diversis auctoribus, Graece et Latine*, quae accessere Herodoto edit. Paris. ap. Henr. Stephan. 1570. fol. a Thom. Gale, Lond. 1679. fol. a Iac. Gronovio, Lugd. Bat. 1715. fol.

Stroth. FRIDERICUS ANDREAS STROTHIUS, Gymnasii Gothani Rector, ex omnibus veterum scriptorum libris delegit, quae historiae Aegypti veteri cognoscendae inservire possint, eaque in lucem edere

edere coepit hac epigraphe: *Aegyptiaca ſeu veterum ſcriptorum de rebus Aegypti commentarii et fragmenta. Pars I*, cui inſunt Herodoti liber II cum parte libri III, et reliquorum librorum fragmentis. *Gothae* 1782. Pars II, complectens Diodori librum I, cum reliquorum librorum fragmentis. *ibid.* 1784. 8. Contextus Graecus ſine verſione exhibetur, cum ſingulorum ſegmentorum argumentis aliorumque ſcriptorum veterum de iisdem rebus relationibus vel teſtimoniis in margine indicatis. Notulae quoque adſperſae, in quibus rationem reddit, ubi ab aliis Herodoti et Diodori editoribus diſſentit. Item in aliis difficilioribus locis, maxime iis, ubi non ſatis auxilii ex aliis capi poſſet, pauca quaedam ad iuvandam lectionem curſim inſtituendam adiecit. Tertia parte Strabonis librum decimum ſeptimum, quarta Plutarchi libellum de Iſide et Oſiride, reliquis fragmenta caeterorum ſcriptorum, Jamblichi, Ariſtidis, Euſebii, Arriani, Geographorum minorum etc. comprehendere, immo etiam LXX virorum verſionis et Flavii Ioſephi excerpta dare voluit: at morte praeventus (a. 1785) telam coeptam pertexere nequivit; quod ut alius quisquam vir doctus peragere velit, vehementer optamus.

* * *

IOH. DIETERICI WINCKLERI Diſquiſitio philologica de vero Aegypti etymo, eruditorumque circa illud ſententiis; in eiusd. Diſquiſitionibus philol. (*Hamb.* 1741. 8.) p. 1—14. Winckler.

* * *

COELII CALCAGNINI Commentarius de rebus Aegyptiacis; in *eiusd.* operibus (*Baſil.* 1544. fol.) p. 229—252. Hodie hac compilatione facile carere poſſumus. Poetae laude magis, quam Calcagnini

historici, floruit auctor, Canonicus Ferrariensis, mortuus a. 1540.

Casalius. IOH. BAPT. CASALIUS, Romanus, (*saeculi superioris*) de veteribus Aegyptiorum ritibus. Romae ex typographia Andreae Phaei 1644. 4. Eadem ratione idem a. 1644 exhibuit Romanorum et a. 1645 Christianorum ritus veteres. Quorum trium libellorum certum exemplorum numerum cum sibi comparasset *Simeon Piget*, librarius Parisinus, omnibus praefixit hunc titulum: *Sacra profanaeque religionis vetustiora monumenta. Hoc est: Symbolicus et hieroglyphicus Aegyptiorum cultus. Sacra ab antiquioribus Diis colendis superstitiose adinventa. Et veriores sacratioresque primorum Christianorum ritus. Opus intentatum hactenus, in tres libros distributum, et triplici indice, plurimisque figuris aeneis locupletatum. Auctore* Ioanne Baptista Casalio, *Romano.* Romae, et veneunt Parisiis apud Simeonem Piget 1646. 4. Tres porro libelli iunctim editi hac inscriptione: *I. B.* CASALII *de profanis et sacris veteribus ritibus Opus tripartitum, cuius* Prima Pars *agit de profanis Aegyptiorum ritibus, veluti Deorum cultu, superstitione et idololatria, obeliscis, funeribus, lingua, characterum varietate, symbolis et hieroglyphicis, Iside etc.* Secunda Pars *agit de profanis Romanorum ritibus* — Tertia Pars *agit de sacris Christianorum ritibus* — *Editio post Romanam, omnium prima, quae in Germania prodiit, quam plurimis aeneis tabulis ornata. Accedunt indices capitum, rerum item et verborum copiosissimi et accuratissimi.* Francof. et Hannoverae, sumptibus *Thomae Henrici Hauensteinii*, Bibliop. Hannov. 1681. 4. Editio raro obvia. Adiecta sunt eidem epistolae Casalii nonnullae aliaque, quibus editio Romana caret.

Cf. CLEMENT *Bibliotheque curieuse historique* T. VI. p. 339 sqq.

NICO-

NICOLAI ABRAMI Aegyptius, ſive de Pharaone liber; in *eiusd.* Pharo Veter. Teſt. L. VIII. p. 198—217. Cf. huius bibl. Vol. I. P. I. p. 365 ſq. Abrim.

ATHANASII KIRCHERI Oedipus Aegyptiacus; hoc eſt, univerſalis Hieroglyphicorum veterum doctrinae, temporis iniuria, abolitae inſtauratio. Opus ex omni Orientalium doctrina et ſapientia conditum, nec non viginti diverſarum linguarum auctoritate ſtabilitum. *Romae* 1652. 1653. 1654. Tomi III f. Vol. IV. in fol. — Operis rari argumentum hoc eſt: *Tomus I* dicitur *Templum Iſiacum*, et continet chorographiam Aegypti, dynaſtias, politiam, theogoniam, originem idololatriae Aegyptiacae eiusdemque in univerſum mundum, praeſertim ad Graecos, Ebraeos, Romanos, Indos aliosque populos propagationem. *Propylaeum*, quo totius operis ſcopus, cauſſa et occaſio explicatur, hieroglyphicae inſtaurationis rationes, impugnantium argumenta, aliquot capitibus confutantur. *Syntagma I*, Delta Niloticum. Continet chorographiam totius Aegypti in XXX Nomos diſtributae; deſcriptionem deorum, in ſingulis nomis coli ſolitorum, et nomina exhibet; cauſſas incrementi et decrementi Nili, uti et originem eiusdem fluminis, hucusque forſan incognitam, tandem, ſi Diis placet, certo et fideli teſtimonio detegit; dynaſtias regum Aegypti ex multis Orientalium teſtimoniis demonſtrat; ubi et de regibus, ante et poſt diluvium Moſaicum, eorumque geſtis, ex mente Arabum, ample tractatur. *Syntagma II*, Politia Aegyptiorum. Agitur de regum vita, moribus atque in regno adminiſtrando ratione; item de legibus, inſtitutis et variis ſubditorum claſſibus. *Syntagma III*, Theogonia ſeu Architectura Deorum. In eo agitur de origine ſuperſtitionis Aegyptiacae et propagatione eiusdem; ad Graecos Kircher.

aliarumque Aegypto vicinarum ger
lucis, aris, ſacrificiis, agitur; atque
ratione quadam inſtituta, omnem hai
idololatriam ritusque ab Aegyptiis p
manaſſe, demonſtrare auctor conatur.
Simia Argyptiaca. Ubi agitur de Indo
ſium, Iaponum, Tatarorum, Mongo
orbis idololatria eiusque ad Aegyptiac
Tomus II dicitur *Gymnaſium* ſ. *Phront*
glyphicum, in XII claſſes diſtributum; i
cyclopaedia Aegyptiorum, Graecor
rumque Orientalium, recondita ſapier
ficioſum ſacrarum ſculpturarum con
monſtrata, inſtauratur. Et ſic *Tomi*
Claſſis I eſt ſymbolica, qua univerſa
inſtitutionis ratio in genere et in ſpeci
Claſſis II grammatica. Primaeva chara
rarumque inſtitutio, uti et artium ſci
prima fundamenta pertractantur. In
numis, a regibus Iſraël cuſis, agitur.
Sphynx Myſtagoga. Myſtica Zoroaſ
Trismegiſti, Pythagorae, Phoenic
Chaldaeorum Graecorumque philoſ

pertractatur, eiusque cum hieroglyphicorum doctrina affinitas demonſtratur. *Claſſis V* Cabala Saracenica, cuius affinitas cum Hebraica exponitur. *Claſſis VI* ſyſtematica mundorum. Quadruplicis, mundi archetypi, angelici, ſiderei et elementaris origo et diſpoſitio, ex mente Chaldaeorum, Syrorum, Arabum et Aegyptiorum, explicatur. *Tomi II Partis II Claſſis VII* mathematica hieroglyphica. Complectitur quadrivium mathematicam h. e. Arithmeticam, Geometriam, Muſicam et Aſtrologiam. *Claſſis VIII* mechanica ſ. architectonica. Inveſtigatur prodigioſarum, Aegyptiis uſitatarum, machinarum conſtructio. *Claſſis IX* iatrica, ſ. Medicina hieroglyphica. Aegyptiorum in medendo ratio et methodus declaratur; ut et de herbis, lapidibus, animalibus, amuletis medicativis et exorciſmis, multa curioſa — et inepta — ex hieroglyphica doctrina eruuntur. *Claſſis X* chymica. Alchymia hieroglyphica eiusque myſteria, hieroglyphice exhibita, pertractantur. *Claſſis XI* magica ſ. magica hieroglyphica. Originem oraculorum et divinationum, Aegyptiis uſitatarum ſpecies, ſculpturas magicas, amuleta, phylacteria et periapta, Gnoſticorum praeterea teleſmata et Camaea fuſe, una cum ſuperſtitionum occurrentium confutatione, ad hieroglyphicorum intelligentiam, haec claſſis exponit. *Claſſis XII* Theoſophia metaphyſica ſ. Theologia hieroglyphica. In hac veterum, Zoroaſtris, Hermetis, Orphei, Pythagorae, Platonis, theologia, cum Aegyptiaca comparata, fontes hieroglyphicae doctrinae aperit. Plura fere abſona hic occurrunt, quam antea; v. c. SS. Triadis myſterium iam tum ab Aegyptiis, a primis mundi Patriarchis, ſucceſſiva traditione, acceptum, vario hieroglyphicorum ordine, exponitur; angelorum et daemonum natura atque in ſingulas

mundanarum rerum claſſes praeſidium eorundemque deſcenſus attractusque, cum variis caerimoniis ritibusque, in ſacrificiis, per ſuffumigia, odoramenta, herbas, lapides peragi ſolitis, deſcribitur. *Tomus III Theatrum hieroglyphicum* h. e. nova et hucusque intentata obeliſcorum caeterorumque hieroglyphicorum monimentorum, quae tum Romae tum in Aegypto ac celebrioribus Europae muſeis adhuc ſuperſunt, interpretatio. Atque in eo occurrunt Diatribe praeluſoria I. II. III et IV. *Syntagma I.* Menſae Iſiacae ſ. Tabulae Bembicae interpretatio. *II.* Obeliſcus Rameſſaeus ſ. Laterannenſis. *III.* Obeliſcus Flaminius, olim Sennefertaeus. *IV.* Obeliſcus Salluſtius ſ. Ludoviſius. *V.* Obeliſcus Veranus ſ. Barberinus. *VI.* Obeliſcus Conſtantinopolitanus, a Theodoſio Imp. in Hippodromo Byzantino olim erectus. *VII.* Obeliſci minores, ut ſunt Monticoelius, Mediceus et Mahuleus. *VIII.* Obeliſcus Heliopolitanus. *IX.* Obeliſcus Alexandrinus eiusque interpretatio. *X.* Obeliſcus Florentinus eiusque interpretatio. *XI.* Obeliſci raſi, ut ſunt Exquilinus et Vaticanus. *XII.* De fragmentis variorum Obeliſcorum, quae in orbe hodie ſuperſunt. *XIII.* De Mumiis earumque conditoriis et hieroglyphicorum, quibus inſcribuntur, ſignificatione. *XIV.* De Canopis hieroglyphicis eorumque interpretatione. *XV.* De Sphyngibus Niloticis, earumque vera ſignificatione. *XVI.* De Penatibus, Laribus et Serapibus Aegyptiorum. *XVII.* De magnae efficaciae idolis ſ. de Diis Averruncis primi ordinis. *XVIII.* De ſtatuis Aegyptiacis polycharacteriſticis i. e. toto corpore hieroglyphicorum contextu conſpicuis. *XIX.* De Amuletis et Periaptis caeterisque portatilibus icunculis, quibus Aegyptii utebantur. *XX.* De lucernis veterum Aegyptiorum.

Ci.

Cf. SERPILII *Nachrichten von raren Büchern* p. 186–237.

Eiusdem Obeliſcus Pamphilius, *) hoc eſt, interpretatio nova et hucusque intentata Obeliſci hieroglyphici, quem non ita pridem ex veteri hippodromo Antonini Caracallae Caeſaris in agonale forum tranſtulit, integritati reſtituit, et in urbis aeternum monimentum erexit Innocentius X, Pont. Max. In quo poſt varia Aegyptiacae, Chaldaicae, Hebraicae, Graecanicae antiquitatis doctrinaeque, qua ſacrae, qua profanae monumenta, veterum tandem Theologia hieroglyphicis involuta ſymbolis detecta, e tenebris in lucem aſſeritur. Romae 1650. fol.

Eiusdem Obeliſci Aegyptiaci, praeterito anno inter rudera templi Minervae effoſſi, interpretatio hieroglyphica, nova methodo tradita. ibid. 1666. fol. — Omnibus operibus Kircherianis, in primis hisce, caute utendum probeque attendendum, utrum, quod dicit, probet aliunde argumentis idoneis. Credi enim huic homini ventoſo ſimpliciter non poteſt, quia fingit plurima. Recte etiam *Morhofius* in Polyhiſt. T. II. L. II. P. I. cap. IV. §. 1 de his voluminibus, in quibus antiquitates Aegyptiacas tractat, iudicat. „Praeter illa, inquit, quae ex veterum monumentis in omnium manibus ſunt, nihil magnopere adfert, niſi quod tamen diligenter ex omnibus auctoribus collegerit, quae ad rem Aegyptiacam ſpectant. Ingenio tamen ipſe ſuo quin indulgeat in hieroglyphicorum explicatione, nullus dubito. Facile enim ex analogia et combinatione rerum et perpetua ſchematiſmorum comparatione per coniecturam quaedam explicari

 poſſunt;

*) In honorem Innocentii X, qui antea vocabatur *Io. Baptiſta Pamphilius.*

poſſunt; qui an re vera ſenſus Aegyptiorum fuerint, non equidem temere dixerim. Ingenium tamen eius σοφαστὸν in figurarum illarum compoſitione et diiudicatione laudem ſuam meretur. Digreſſiones quoque plurimae eius ſunt, quibus molem libri auget; ſed quae ad rem litterariam Aegyptiorum non niſi ex accidenti, aut aliqua ſimilitudine, reductae videntur. Caeterum in ſingulis ſcientiis, ſecundum quas partitus eſt libros ſuos, Aegyptios excelluiſſe oſtendit locis non paucis, quae plena manu ſerit."

Marsham. Brevior, ſed et accuratior et doctior eſt in veteribus ritibus ac conſuetudinibus Aegyptiis exponendis IOANNES MARSHAM, Anglus Eques auratus, in cuius *Canone chronico Aegyptiaco, Ebraico, Graeco*, (de quo ſupra Vol. I. P. II. p. 23) multa Aegyptiarum antiquitatum capita docte illuſtrantur. Viſus tamen eſt in eo peccare, quod longe iuniorib[us] teſtibus pro rebus tam antiquis depugnans, Ebraeos ritus plerosque omnes ex Aegyptiorum inſtitutis derivat. Ex iis, qui contra eum calamum moverunt, praeter Perizonium, ſtatim excitandum, et Witſium, ſectione huius capitis tertia recenſendum, huc pertinet:

Tournemine. RENÉ JOSEPH TOURNEMINE in *Diſſertation ſur le ſyſteme des Dynaſties d'Egypte du Chevalier Marsham;* in *Mémoires de Trevoux*, Sept. 1702. p. 172—183. ed. Amſt. — Ibid. Novemb. 1703. p. 379—383 exſtat: *Defenſe du ſyſteme de Marsham ſur les Dynaſties d'Egypte.*

Conring. HERMANNI CONRINGII de Aſiae et Aegypti antiquiſſimis Dynaſtiis adverſaria chronologica; in *I. G. Graevii* Collect. diſſ. rar. (*Traj. Bat.* 1716. 4.) p. 139 ſqq. et in Conringii Opp. (*Brunſv.* 1730. fol.) T. V. p. 106 ſqq.

IACOBI

IACOBI PERIZONII Aegyptiarum originum et temporum antiquiſſimorum inveſtigatio in qua Marshami Chronologia funditus evertitur, tum illae Uſſerii, Cappelli, Pezronii aliorumque examinantur et confutantur; exſtat cum *eiusdem* Originibus Babylonicis. *Lugd. Bat.* 1711. 8. *ibid.* curante *Car. Andr. Dukero* 1736. 8. *) — Capite I commemorata Aegyptiae gentis et regni antiquitate, Perizonius in Aegypti nomen inquirit. Cap. II differit de immenſa et abſona antiquitate, ab Aegyptiis iactata, et a rerum Aegyptiacarum ſcriptoribus immenſum in modum aucta, obſervatque, ex Aegyptiorum chronologia nihil certi poſſe conſtitui, et miratur, viros doctos non modo continuam regum ſeriem ex illis Aegyptiorum dynaſtiis et chronicis confeciſſe, ſed et ad certa tempora ſingulos retuliſſe, quaſi in media rerum clariſſimarum ac notiſſimi temporis luce verſarentur. Cap. III docet, chronologiam ex ſolis regum nominibus et annorum numeris confectam eſſe incertiſſimam, quia numeri, unica olim littera notati, facile potuerint excidere, aut turbari: at longe certiorem eſſe illam, quae ex ſynchroniſmo rerum hiſtoricarum conſtituatur. Hoc ipſum Cap. IV oſtendit ſigillatim Aegyptiorum chronologiam, in qua maxima varietas, diſcrepantia et confuſio reperitur. Quod ut manifeſtum fiat, confert ipſas dynaſtias veteris chronici, quod memorat Georgius Syncellus, et Manethonis, unde ſua habent Iulius Africanus et Euſebius, ſicuti ex his porro Syncellus. Cap. V Manethonis dynaſtias, quos Scaliger tantopere extollit, longe ſupra initium mundi, immo plus ſaeculis XIII, adſcendere docet, reiicitque Eratoſthenis catalogum regum Thebanorum, quem Marshamus laudat, quia nihil ille iuvet Perizonius.

*) Cf. ſupra Vol. I. P. II. p. 25 ſq.

iuvet in chronologia et historia Aegyptiorum ordinanda. Cap. VI pergit auctor in refellendo Marshamo, qui perperam nectat quasi proximos successores regibus Thebanis Eratosthenis reges Diospolitanos dynastiae duodevigesimae Manethonis, ut hypothesin suam tueatur, qua ex Mene fecit Chamum, et ex Sesostri Sesacum. Probat vero Perizonius, Diospolitanos reges Manethonis tempore, et ipso regno diversos fuisse ab urbis Thebanae regibus. Cap. VII contra eundem Marshamum evincit, complures Manethonis Dynastias in unum tempus simul conferri non posse. Cap. VIII agit de celeberrimo illo Herodoti Sesostri. Cap. IX provocat ad suffragia Graecorum ac ipsius Manethonis Aegyptii, qui Sesostrim uno consensu antiquiorem faciunt bello Troiano. Cap. X examinat et refellit Pezronii sententiam, qua, se dynastias Manethonis ita ordinasse, iactat, ut nihil opponi posset. Tandem cum Conringius, Stillingfleetus, aliique reiiciant Manethonis dynastias, tanquam incertas et fabulosas, et Herodoti chronologiam praeferant, Cap. XI ostendit, neque ex hac Herodoti, neque ex Diodori narratione certi quidquam hauriri posse, ad chronologiam Aegyptiorum ante Psammetichum per suos annos recte ordinandam. Miratur igitur Cap. XII, viros doctissimos, Iacobum Cappellum et Usserium, atque, qui his praeivit, Eusebium, certos annos singulis ant quissimorum regum adscripsisse, et de paucorum annorum discrepantia alios aliquando refutasse, vel correxisse, cum pariter nullis idoneis principiis niterentur. Refutatis ita aliorum sententiis, Cap. XIII qualemcunque rerum Aegyptiacarum seriem ex synchronismis historicis tantum conficiendam, et facta factis potius conferenda esse censet, quam annos annis, quod inter τὰ ἀδύνατα refert.

Caete-

aeterum in conſtituendis rebus et ſynchroniſmis egyptiorum initium ducit, non ex primis regi-ıs, in quibus nullum omnino habet idoneum :obandi quidquam documentum, ſed ab ultimis, ui iam liquida et certa ratione ex ſacra, immo : Graeca hiſtoria probari poſſunt. Arripit ergo haraonem Nechonem, qui ultimis annis Ioſiae, ıdaeorum regis, vixit; alios inde reges Aegyptia-ɔs proſequitur capitibus XIV et XV. Cap. XVI : Seſoſtride ex profeſſo agit, multisque probat gumentis, eius aetatem nec ad tempora Reha-:ami deiiciendam, nec ad tempora ſupra Moſen, d ad tempora iudicum Hebraeorum, vel ad illud tervallum, quod inter exitum Iſraëlitarum ex egypto ad bellum Troianum interceſſit, referen-ım eſſe. Cap. XVII Seſoſtridis filium incertum ſe ait, ſuſpicaturque, imperium eius neutiquam iſſe diuturnum, ſed cum eo deſiiſſe. Nec dubitat ıctor, quin Ninus aliquamdiu poſt Seſoſtridis de-um mortem Aſſyriae ſuae nomen extulerit in :lebritatem et magnam partem Aſiae ſibi ſubie-:rit. Hinc progreditur Cap. XVIII ad exitum ſoſis et Iſraëlitarum ex Aegypto. Vix definire ıdet, ſub quo proprie Aegyptiorum rege Iſraëli-e ſeu Paſtores exierint ex Aegypto. Cumque ɔs Paſtores, quorum dynaſtias Manetho refert,) Iſraëlitis diverſos fuiſſe, plerique cenſeant eru-ti, Perizonius cum Ioſepho plane eosdem putat, ımque ſententiam multis argumentis Cap. XIX ɔnfirmat. Cap. XX diſcrepantiam quorundam omentorum, a Marshamo oppoſitam, removet, ıbiumque a miſera Iſraëlitarum ſervitute, et Pa-ɔrum imperio in Aegyptios exercito ſumtum, ita luit, ut nullum fuiſſe Paſtorum regnum credat, : illud aeque ac eorum nomina et ſucceſſionem Manethone videri confec[illegible]. Cap. XXI docetur,

tur, e primis XIV vel XV Manethonis dynastiis, ante adventum Pastorum, nihil certi erui posse ad historiam aut chronologiam cum aliarum gentium historiis comparandam, immo confictas eas videri, ad antiquitatem gentis Aegyptiae extollendam. Tandem cum post Pharaonem Nechonem, unde auctor initium cepit, et ad superiora Aegyptiacae historiae tempora recte ordinanda progressus est, exigua tantum supersit veteris Aegyptiorum regni lacinia, multis difficultatibus implicita, illam etiam Cap. XXIII et XXIV diligenter excutit, de eaque scriptores sacros atque profanos in qualemcunque concordiam redigere studet. Vel ex hac brevi tabella intelligitur, quantum haec historiarum pars debeat acumini et doctrinae Perizonii, eamque potissimum hac ex causa exhibuimus, ut cognoscatur, recentiores passim Perizoniana pro suis vendidisse.

Cf. Acta Erud. a. 1712. p. 537 — 543.

Jameſon. GUILIELMI JAMESON, Praelectoris Historiarum in Universitate Glasgovienſi († 1720) Spicilegia antiquitatum Aegypti atque ei vicinarum gentium. *Glasguae* 1720. 8. — Auctor alium plane ordinem tenet, quam Perizonius; alius quoque illi finis. In nonnullis ab hoc dissentit. Praeter antiquitates Aegyptiacas fuse etiam agitur de Assyriacis, Babylonicis, Medicis, Persicis, Scythicis, Syriacis, Hebraicis. Dictio admodum inaequalis, plenusque liber mendarum typographicarum.

Banier. *Lettres à M. H*** sur les premiers Dieux ou Rois d'Egypte* (*par l'Abbé* BANIER) à Paris 1733. 8.

Fourmont. Huc quoque spectant STEPHANI FOURMONT *Reflexions critiques sur les hiſtoires des anciens peuples Chal-*

Chaldéens, Hebreux, Phéniciens, Egyptiens, Grecs etc. juſqu' au tems de Cyrus. Cf. ſupra Vol. I. P. II. p. 26.

Deſcription de l'Egypte, contenant pluſieurs Remarques curieuſes ſur la Geographie ancienne et moderne de ce païs, ſur ſes Monumens anciens, ſur les Moeurs, les Coutumes, et la Religion des Habitans, ſur le Gouvernement et le Commerce, ſur les Animaux, les Arbres, les Plantes etc. Compoſée ſur les Mémoires de M. (BENOIT) DE MAILLET, *ancien Conſul de France au Caire, par M. l'Abbé* LE MASCRIER. *Ouvrage enrichi de Cartes et de Figures.* à Paris 1735. 4. à la Haye 1740. II Voll. in 8. — Et hic liber inter praeſtantiores ſuper Aegypto referendus cuiusque notitia paullo plenior exhibenda eſt. Auctor, *Benedictus de Maillet*, anno poſt C. n. 1692, aetatis ſuae trigeſimo tertio, a rege Galliarum in Aegyptum miſſus eſt, ut ibi rebus Francogallorum, mercatoriis in primis, proſpiceret (*au Conſulat général de l'Egypte*). Quod cum per annos ſedecim dexterrime egiſſet, rex eum legati munere ornatum in Abyſſiniam ire iuſſit. Poſtea ſex annos Liburni commoratus eſt, eodem munere, quo in Aegypto, functus. Tandem commerciorum cauſſa miſſus eſt in urbes mercatura florentes Africae ſeptentrionalis et Orientis. Poſt reditum laborum ſtipendia lauta ferens, mortuus eſt neſcio quo anno. Eum tamen adhuc vixiſſe, cum *le Maſcrier* ex eius ſchedis deſcriptionem, quam indicamus, condiderit, ex huius praefatione intelligitur. Per omne igitur tempus iſtud Mailletus multa Aegyptiaca memorabilia, quae ipſe obſervaverat diligenterque ſcrutatus erat, litteris mandavit. Studio veterum ſcriptorum iunxerat linguae Arabicae peritiam, qua ſuffultus non ſolum cum incolis felicius verſari, ſed etiam hiſtoricos Arabum, quorum multi in manus eius venerant, legere

de Maillet et le Maſcrier.

legere poterat. Acceſſere epiſtolarum commercia cum Chriſtianis Aegyptiacis, cum Patriarchis Graecorum et Coptorum, cum Abbate montis Sinai et cum miſſionariis diverſis, qui Chriſtianos ſic dictos ſchiſmaticos cum eccleſia Romano-Catholica coniungere ſtudent. Editor omnia, quae auctor chartae mandaverat, epiſtolis XIV complexus eſt; quarum *prima* de Aegypto in genere agit, potiſſimum de eius ambitu et finibus, indole naturali, ſolo, aqua, urbibus et oppidis, incolis. Comparatur ſimul Aegyptus antiqua et nova. Epiſtola *ſecunda* Nili memorabilia ſiſtit, v. c. originem huius fluvii, ſuper qua re ſententiae adſunt diverſiſſimae, fertilitatem, cataractas, aquaeductus ſtupendae artis et antiquitatis, quibus Nili aqua in deſerta Libyae arida deducebatur, peregrinationes religioſas, olim uſitatas, navigationesque in Nilo hodie adhuc ſolennes. Epiſtola *tertia* exhibet Aegypti diviſionem in ſuperiorem et inferiorem atque deſcriptionem Deltae, urbium Damietae et Roſettae, lacus Sirbonis, aliorumque locorum memoratu dignorum. *Quarta* deſcriptionem Alexandriae veteris ac novae; *quinta*, Cahirae; *ſexta*, Pyramidum, maximae potiſſimum. *Richardus Pococke*, qui eandem vidit et examinavit, deſcriptionem aeque ac delineationem ita accuratam iudicavit, ut hanc operi ſuo immortali adiiceret, illam lectoribus ſuis commendaret. Haud minore ſtudio auctor in epiſtola *ſeptima* de Mumiis differit. Nihil, quod non ipſe viderit, exponit. Memorabilia quoque ſunt, quae de veteri urbe Memphide praefixit. In epiſtola *octava* progreditur ad deſcriptionem Aegypti ſuperioris, monimentorum antiquorum ibi repertorum, locorum deſertorum, monaſterii S. Antonii celeberrimi etc. Reliquae epiſtolae alteram quaſi operis partem, novis paginis ſignatam, con-

ɔnſtituunt. *Nona* igitur brevem continet Aegypti ıſtoriam naturalem, non quidem tanti aeſtiman-ım, quanti reliquae operis partes: haud tamen :orſus ſpernendam; certe auctoris coniecturae de oto, Papyro, Ibide et Ichnevmone conſideratio-e non ſunt indignae. Maioris momenti ſunt, ıae in epiſtola *decima* de religione Aegyptiorum eterum et recentiorum, partim ex ſcriptoribus ıtiquis, partim ex libris hiſtoricorum Arabicorum, aduntur. Iucunda ſunt, quae in *ep. XI* de mo-bus Aegyptiorum, praecipue hodiernorum, tra-ıntur. *Duodecima* exhibet Aegypti formam civilem : militarem recentiorem. *Decima tertia* ſtatum :centiorem artium et commerciorum, cum au-:oris conſilio, quo modo Europae et Aſiae com-ıercia ope maris rubri coniungi poſſint. *Epiſto-: XIV* et ultima agit de ratione in Aegypto pere-rinandi, cum plures homines ad iter perficiendum : conſociant (*Caravanen*), praecipue Meccam vi-:ndi gratia, ubi ſimul de hac urbe et de Medina, e Muhammedis ſepulcro etc. diſſeritur. — Stu-ium editoris, relationes boni Mailleti ornandi et mplificandi, veritati haud raro offeciſſe videtur. — ibro praefixa eſt deſcriptio machinarum pnevma-carum et experimentorum, a Muſſchenbroekio um iisdem inſtitutorum, quae quo modo hunc ɔcum invenerint, divinare nequimus.

M. L. L. M. (i. e. JEAN BAPTIST LE MA-CRIER † 1760) *Idée du gouvernement ancien et oderne de l'Egypte, avec la deſcription d'une nouvelle yramide, et de nouvelles remarques ſur les moeurs et s uſages des habitans de ce pays.* à Paris 1743. Partes in 12 mai. — Appendicis quaſi loco peri praecedenti hic liber aeſtimandus. Auctor ero in hiſtoria antiqua nec Herodotum nec Dio-orum eſt ſecutus, ſed dynaſtias Manethonis, vel M. L. L. M. ſ. le Ma-ſcrier.

potius coniecturas Pauli Pezronii. Dissertatio, prooemii loco posita, in eo maxime est, ut demonstretur, historiam recentiorem antiquae longe esse praeferendam. Auctor vero tantum abest, ut iudicis competentis personam in hac lite dirimenda egerit, ut potius invidia erga scriptores quosdam celebriores et ignorantia critices ductus, passim misere titubaverit. In ipsa deinceps prior commentatione regionem ante omnia Aegyptiacam laudat, ubi artes et litterarum studia sint inventa, undeque caeteris cum gentibus communicata. Quae postea de historia Aegypti antiqua disputantur, ob causam iam aliatam vix ullius usus sunt. Memoratu digniora, quae ad statum Aegypti hodiernum cum civilem tum religiosum pertinent.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1748. p. 273 sqq.

Koch. JACOBI KOCH (antistitis ecclesiae S. Nicolai Lemgoviensis † 1772) *Pharos, das ist, unverhofft aufblickendes Licht in den dickesten Finsterniſſen der älteſten Aegyptiſchen Hiſtorie, zur ſichern Beſtätigung und klaren Erörterung vieler Moſaiſch-bibliſchen Erzählungen, ſonſt auch zum nützlichen und nöthigen Supplement verſchiedener von Aegyptiſchen Sachen handlender gelehrten Werke, ſonderlich der beliebten Prideaux- und Shukfordiſchen Harmonie der heiligen und Profanſcribenten, auch der Chronologie des ohnlängſt entſiegelten Daniels.* Lemgo 1741. 4. — Libri scopum, titulo indicatum, auctor maximam partem affecutus videtur: varia tamen insunt, quibus alii, v. c. *Baumgarten* in notis ad T. I. historiae universalis ex sermone Anglico in Theotiscum versae, contra dixerunt.

Boubier. IOH. BOUHIER in *Recherches et Dissertations sur Herodote* (à Dijon 1746. 4 mai.) supra Vol. I. P. I.

. I. p. 53 a nobis laudatus, capite huius operis VII
hronologiam regum Aegypti Herodoteam exa-
inat. Aegyptiis unice id curae cordique fuiſſe
ontendit, ut origines gentis ſuae ſuper omnem
odum proferrent, eumque in finem hiſtoriam ve-
ſtiorem fabulis ineptis vehementer corrumperent.
rudenter igitur Herodotum, praetermiſſa longa
la regum fabuloſorum ſerie, hiſtoriam auſpicatum
ſſe a Seſoſtri, gentium paene omnium annalibus
elebrato. Herodotum in hiſtoria Aegyptiorum
ucem eſſe longe tutiſſimum, et cui cum paginis
icris omnium optime conveniat.

CHRISTOPH WILHELM BEYERS, Inſpectoris Beyer.
t Paſtoris Wolmirſtedto-Magdeburgici, *Grund-
itze der Aegyptiſchen Zeitrechnung;* in *Sammlung
on Erläuterungsſchriften und Zuſätzen zur allgemei-
en Welthiſtorie* (Hal. 1747. 4.) T. I. p. 1-114. —
oſt cenſuram ſcriptorum veterum de Aegypto,
uorum unicuique pretium quoddam tribuit, au-
tor principia chronologiae Aegyptiacae exhibet,
ecundum quae Manethonis potiſſimum dynaſtiae
rdinandae et diiudicandae ſint. Ex his etiam ſeriem
egum Aegypti vetuſtiorum magno cum eruditio-
is et ingenii apparatu ſtruere ſtudet. Adnexa eſt
ibula regum chronologica. In multis, praecipue
i Manethonis dynaſtiis ordinandis, aliter ſentit
tque acumen haud vulgare in examinanda chro-
ologia Aegyptiaca exſerit.

IOH. SALOMO SEMLER in *Anmerkungen zur* Semler.
*legyptiſchen Geſchichte im erſten Theil der allgemei-
en Welthiſtorie;* ibid. p. 403—442.

DOMINICUS JAUNA, cuius *Hiſtoire générale* Jauna.
*s royaumes de Chypre, de Jeruſalem, d'Armenie et
'Egypte* etc. (à *Leide* 1747. 4.), ſupra Vol. II. P. I.

p. 99 ſqq. meminimus, vel titulo monente, quoque de Aegypti hiſtoria differuit. Quae de hiſtoria antiqua et de hieroglyphicis figuris litteris conſignavit, rectius abeſſe poterant: eo gratius eſt diſſertatio, in qua recentiorem Aegypti ſtatum delineavit. Ipſe enim a. 1702 terram iſtam viſit. Aërem, ſitum, Nilum, animalia, urbes, homines, domosque, maxime vero formam gubernationis atque commercia, cura haud vulgari deſcripſit. Oſtendere ſtudet ſingulari diſſertatione rationem, qua Aegyptus et Cyprus poſſint redigi in Chriſtianorum poteſtatem.

d'Arnigny. D'ARTIGNY *Obſervations ſur les Antiquitez des Egyptiens et des Chaldéens;* in eiusdem *Nouv. Mémoires d'Hiſt. de Crit. et de Litterat.* (Pariſ. 1749) T. I. p. 10—22.

Jakſon. IOH. JAKSON in opere doctiſſimo: *Chronological Antiquities* etc. (*Lond.* 1752. 4.), de quo alibi agemus, permulta quoque ex eruditionis et ingenii ſui theſauro expromſit ad illuſtrandas Aegypti antiquitates, maxime ad chronologiam explanandam. In dynaſtiis Manethonicis rectius collocandis et explicandis multum deſudavit. V. verſio libri Theotiſca p. 416—635.

d'Origny. (PIERRE) D'ORIGNY, *Chevalier de l'Ordre Royal et Militaire de S. Louis, ci-devant Capitaine des Grenadiers au Regiment de Champagne* (†....) *l'Egypte ancienne, ou Mémoires hiſtoriques et critiques ſur les objets les plus importans de l'hiſtoire du grand Empire des Egyptiens.* à Paris 1762. II Partes in 12 mai. — Idem ſcriptor antea ediderat: *Diſſertations où l'on examine quelques queſtions appartenantes à l'hiſtoire des Egyptiens;* atque: *Chronologie des Rois du grand Empire des Egyptiens;* poſtea vero: *Chro-*

Chronologie du grand Empire des Egyptiens (Paris 1765. II Voll. in 12.); libros, de quibus nil nisi inscriptiones nobis innotescunt. Quod vero ad historiam eius Aegypti antiquam attinet, sequentia referre possumus. Vetustissimam Aegypti historiam illustrare auctor studet; nam *magnum Aegyptiorum imperium* illi est tempus, quo Aegyptus per XVII saecula reges indigenas habuisse dicitur. Contra Herodotum probare conatur, Aegyptum inferiorem olim minime fuisse sinum maritimum. De finibus et ambitu Aegypti veteris docte differit; sic etiam de fertilitate terrae miranda, de geographia veteris Aegypti, de scriptura Aegyptiorum, cuius duo tantum genera statuit, vulgarem et characteres hieroglyphicas. Pars altera fere omnis versatur in illustranda idololatria, mythologia, universaque religione veterum Aegyptiorum. Quo in negotio coniecturas *Pluchii* (in *Histoire du Ciel*) diluere nititur: num vero quas loco earum ponit, vero similiores sint, alii videant. Cognationem mythologiae Aegyptiacae atque Graecae maxime disquirit. Quibus in rebus facile superatur a Jablonskio nostro, cuius Pantheon Aegyptiacum Francogallum doctum latuit. In fine operis agitur de Obeliscis.

D'ANVILLE *Mémoires sur l'Egypte ancienne et moderne, suivis d'une description du Golfe Arabique ou de la Mere rouge.* à Paris 1766. 4 mai. Cum tabulis geographicis aliisque figg. aen. — Argumentum operis doctissimi duplex est. Maior eius pars usque ad p. 218 agit de Aegypto, minor de mari rubro. Primo loco subsidiorum, quibus in libro condendo usus est, rationem reddit. Praeter alia notat atro carbone tabulas geographicas XXIX, Nili cursum repraesentantes, adiectas Nordeni itinera- d'Anville.

nerario. Latitudine Aegypti constituta, de eiusdem ambitu in littore maris mediterranei differit; postea, de finibus spatiove vallis, quam Nilus rigat et percurrit; de quantitate terrae s. soli, agriculturae apti; de divisione Aegypti in provincias, aevo antiquo ac recente usitata; de Nili brachiis et ostiis; de Alexandria et Pharo, cum ichnographia veteris ac novae urbis Alexandriae meliore, quam antehac exstiterat; de vicinia huius urbis, ac de parte Aegypti inferioris, sinistro lateri brachii Nili Canopici obiacente, ut et de memorabilibus deserti Nitrici; de Delta inter ostium Canopaeum et Damiaticum, itaque de urbe Rosetta, Sebennyto, allisque; de Delta inter ostium Damiaticum et Pelusiacum et de littore maris usque ad Aegypti fines, de Damiata igitur, Diospoli et aliis; de Aegypto inferiore in regione Nili orientali, ubi de Athribi, Leontopoli, Bubasto etc. de canale, a Cahira vetere usque in mare rubrum ducto, de situ Heroopoleos potissimum; de urbe Cahira, in qua describenda nota tritave silentio praeterit, potiusque minus vulgaria exhibet; de Memphide ac Pyramidibus; de lacu Moeride et Labyrinthis (descriptiones horum monimentorum minus exhibentur, quippe quarum plures exstant, quam situs locorum, ubi fuerint vel adhuc sint, constituuntur); de Aegypto media s. Heptanomide; de Thebaide usque ad Thebas et ad Nili cataractas. — In descriptione geographica maris rubri s. Erythraei (p. 219—277) auctor primum lustrat et examinat littus Pricanum usque ad promontorium Calmes; deinde littus Arabicum usque ad promontorium Badea prope Meccam; porro a promontorio Ras-Bad usque ad Bab-el-Mandeb; denique reliquum littus Africanum maris rubri.

Cl.

Cf. GATTERERI *hiſtor. Bibl.* T. XI. p. 27 — 130 ubi editor ipſe amplam operis epitomen, adſperſis animadverſionibus criticis, tradidit.

JACOBUS BRYANT in *Obſervations and Inquiries relating to various Parts of ancient Hiſtory* (Lond. 1767. 4.) quoque res Aegyptiorum veterum ſtupendis eruditionis opibus acumineque ſublimi excuſſit. Quam telam Bochartus, Marshamus, Hydius et Pocokius coepere, continuare ſtuduit, eosque haud raro erraſſe demonſtravit: attamen, modeſtia ductus, ſine horum nominum mentione. Ipſe tamen alias paſſim coniecturas, ingenioſiſſimas quidem, exhibet, contra quas dubitationes haud leves moveri poſſint. Tertiam quaſi operis partem occupant auctoris obſervationes in hiſtoriam Aegyptiacam. Et primum quidem inquirit in ſitum terrae Goſen, ſeu potius aliorum de hac re ſententias ſub examen vocat. Poſtea magnam geographiae Aegypti, inferioris praecipue, partem perluſtrat, ſaepiusque a tabulis geographicis vulgaribus optimisque recedit. Situm in primis Phaccuſae, Bubaſti et Heliopoleos, trium nomorum maxime memorabilium, expiſcari ac figere molitur. Reliquae diſſertationes huc pertinentes agunt de templo Oniae, Heliopolis dicto; de regibus paſtoritiis terraque Goſen, ubi demum auctor ſuam ſententiam edicit; de monimentis quibusdam, illuſtrantibus ante narrata; de Aegypti ſtatu poſt reditum regum paſtoritiorum Arabicorum; de Arabibus, qui in Aegypto vixerunt, plura; de diſceſſu paſtorum primorum ex Aegypto, et de Amalechitis; de Edomitis et Phoeniciis etc. In appendice etiam nonnulla huc ſpectantia occurrunt, v. c. de Babylone Aegyptiaca et de quibusdam aliis urbibus, quarum ſitus accurate definiri nequit. Danvillius et Bryantus quorum opera eodem fere tem- Bryant.

pore in lucem prodierunt, multis in locis et argumentis inter se differunt. In colluſtranda geographia veteri Anglus Francogallo palmam praeripuiſſe videtur.

Cf. GATTERERI *hiſtor. Bibl.* T. XIV. p. 37—53. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1768. p. 473—487.

de Pauw. *Recherches philoſophiques ſur les Egyptiens et les Chinois. Par M. de P**** (DE PAUW). De quo opere ſupra p. 166 ſqq. retulimus. Dum Auctor Deguigneſii opinionem, Aegyptios et Sinenſes unius originis eſſe, impugnat, hasque gentes potius diverſiſſimas fuiſſe demonſtrat, multa veteris hiſtoriae Aegyptiacae momenta felicius partim, partim minus, ingenii acumine diſcutit. Haud raro omnibus commentatoribus recentioribus, v. c. Orignio et Anvillio, contra dicit. Maxime placent, quae de Aegyptiorum veterum re medicinali ſive diaetetica, de artium, architecturae potiſſimum, cultura, et de religione diſputantur.

Forſter. IOANNIS REINOLDI FORSTERI Epiſtolae ad Ioannem Davidem Michaelis, huius ſpicilegium geographiae Hebraeorum exterae iam confirmantes iam caſtigantes. *Goetting.* 1773. 4. — Obſervationes XXVI inſunt, in quibus auctor mira eruditionis copia ſuffultus varia momenta hiſtoriae, praeſertim vero geographiae Aegyptiacae, e lingua Coptica explicare ſtudet.

Laughton. GEORGE LAUGHTON'S *DD. of Richmond in Surry, Hiſtory of ancient Egypt, as extant in the Greek Hiſtorians, Poets and others, together with the ſtate etc.* London 1774. 8 mai. — Hiſtoria Aegypti vetus inde a Mizraimo ante Chr. nat. 2188 usque ad Cambyſis dominationem ita deſcribitur, ut ſtatim appareat, auctorem lectorum vulgo, minime vero parti doctiori, ſcripſiſſe. Grata nempe

ac

ac facilis eſt dictio, cura autem, vera a falſis diſcernendi dubiaque examinandi, paene nulla. Pluribus haec probavit MEINERSIUS in *Philolog. Bibl.* (Goetting. 1775) T. III. p. 474—478, et in *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1775. p. 25—28.

* * *

Viri docti haud pauci doluerunt, SICARDI, Ieſuitae, opus de Aegypto antiqua et nova lucem nunquam vidiſſe, cuius oeconomia tradita in *Nouveaux Mémoires des Miſſions de la Comp. de Jeſus dans le Levant* (Pariſ. 1725. 12.) p. 204; et in *Fabricii* ſalutari luce Evangelii p. 741—752.

Errata

Errata nonnulla typographica, in novem priori-bus plagulis huius partis notata.

P. 1. lin. 12 poſt *Mogolis* omiſſum eſt vocabulum *notitiam.*

P. 8. lin. ult. et p. 9. lin. 1 verba: *Author and divers other Engliſhmen* non maiuſculis, ſed minuſculis typis ponenda fuiſſent.

P. 11. lin. 28 lege: *Multus* eſt. ibid. lin. 35 poſt vocabulum *anonymus* poni poteſt: (*Bieſter*, Berolinenſis).

P. 32. lin. 14 l. effigie herois.

P. 39. lin. ult. l. Aurengzibi.

P. 41. lin. 10 l. referenda.

P. 42. lin. 8 l. lectu.

P. 45. lin. 34 poſt *attinet* comma ponendum.

P. 51. lin. 2 poſt *omnia* comma adſcribendum. ibid. lin. 16 l. Adſperſa.

P. 58. lin. 24 l. auctoris.

P. 66. lin. 10 deleatur vocabulum *anonymus.*

P. 72. lin. 11 l. egregie.

P. 80. lin. 25 l. geographicum.

P. 91. lin. 31 l. Javae.

P. 110. lin. antepenult. l. parvum.

P. 111. lin. 10 deleatur punctum poſt vocabulum *Meng.*

P. 123. lin. 4 l. Memorabilia.